

ASIA

R.P. Gaspar Munar
Biblioteca de La Real
La Real
Carretera de Establimentos
Palma de Mallorca

Révérènd Père,

New York, le 16 juillet 1976

je me souviens volontiers de ma visite dans votre bibliothèque en mai et du manuscrit intéressant que vous m'avez montré (cote BB-SL-III-17). Je peux vous assurer maintenant sans doute que le manuscrit contient un texte fragmentaire de Aeneas Sylvius Piccolomineus (Pius II), Cosmographia (ou Asia). Le manuscrit commence à p. 282 et termine à p. 385 du texte imprimé (Opera, Basileae 1571). Agréèz, Révèrend Père, mes sentiments bien dévoués, aussi au nom de Mme. Kristeller.

Paul Oskar Kristeller
Paul Oskar Kristeller
1161 Amsterdam Ave.
New York, N.Y. 10027, USA

ms.

BB-SL-99

BB-SL-III-17

ES AMLR MIR-04-01-06-002

Cosmographia
de Aeneas Sylvio Piccolomino
(Papa Pio II)

Corresponde a las Obras de Sylvio impue-
ras en Basilea 1571 pag. 282-385.



insulas emergere. Que celo subire benigno mortalium habita-
tiones admittant. Parmenides terram sicut & celum in quinque
Zonas partitus est. Quam duas solis propinquiores nimio rigo-
re frigoris, & tertiam que cursu solis obueretur excedenti e-
stu inhabitabiles existimavit. Reliquas hinc atque inde inter to-
ridam & gelidas, foelici temeramento culturam recipere. Quae
plures, cum greci tum latini, secuti sunt. Plerique unam tantum-
modo terre partem emeruisse tradierunt inter Septentrionem
& equinoctialem circulum. Idque unam mentem hominum
causa statuisse, digna sententia quam christianus approbet. Hu-
ius figuram alii sphericam, alii oblongam faciunt. His claudius
ptolomeus consentit, & probabilior videtur opinio. Homerus
terram omnem, quam incolimus ablui oceano prodidit. Neque
alienum est insulam eam esse. Non quocumque accedere ad ex-
trema terre mortalibus permissum est, mare inuenitur quod
oceanum appellamus. & huc nosse habitabilis terminum quoque
uersum existimant. Ptolomeus habitationem nostram aquatuor
oribus partibus terra incognita claudit. quamuis plerisque in locis
oceanum terminari affirmet. Circum nauigari an haec insula que-
at dubitatum est. Strabo gnosiua australe pelagus prope in tol-
lerabilem estum: boreale quoniam rigore concretum esset mi-
nime nauigari posse putauit. Iulius solinus uirge testimonium
adducit, qui in uniuersa partis terre meridiane quam plur-
mi propter solis ardorem peruiam non aueant. facta uel gen-
tium: uel insularum commemoratione ad confirmandam fidei ar-
gumentum omne mare, quod ab india usque hispaniam retro Af-
ricam pergit, nauigabile affirmavit adiectis stationum locis &
spatiorum modo prescripto. Plinius uicorensis scribit in arabico
sinu res gerente. Cesare Augusti filio signa nauium & ex hispa-
nienlibus naufragiis fuisse recognite & annonem florentem Kar-
taginis potentia circumuectum a gadibus ad finem arabie eam
nauigationem scripto prodidisse. Cornelium quoque nepotem au-
ctorem facit qui ludosium quendam sua etate cum lachyrum
regem fugeret, Arabico sinu egressum Gades usque peruentum



2
commemorat: Celsumq; Antipatrum a se uisum. qui ex hispania
commercii gratia usq; in ethiopia nauigauit: De septentriona-
li oceano maior contentio est quem tamen magna ex parte Diui
Augusti auspiciis. circa Germaniam nauigatum constat. usque
ad Cymbros promontorium Caspia uero litora macedonum
armis. Seleuco & Antiocho gnantibus. ita explorata & per nau-
gata sunt. ut paruo breuiusq; totus hinc atq; illinc Septentrio
sic remigatus. Plinius nepos testimonio utitur. qui Metello ce-
leri gallie proconsuli. donata a Rege sueuorū indos astruit. qui ex
india comertii causa nauigates tempestatibus essent in germaniaz
arepti. Nos apud Ottonem huius. sub imperatoribus Theutoni-
cis indicam nauim & negotiores indos in germanico litore fuisse
deprehenso. quos uentis agitos ingratos ab orientali plaga uenisse
constabat. quod accideret minime potuisset. si ut plerisq; uisum
est septentrionale pelagus nauigabile concretumq; esset. Aco-
lumnis herculeis. Maurinie atq; hispanie & galeaz circuitus
totusq; ferme occidentis hodie nauigatur. Orientem nobis incogni-
tum. cum religionum atq; imperiorū diuersitas. tum barbaris
inmensa reddidit: Veteres tamen nauigatum produnt. & ocea-
no qui extimas amplectitur terras a suis litoribus nomina indi-
derunt. Hispanicum. Cilicium. Germanicum. Scyticum. Cas-
pium. Sericum. Eoum. Indicum. Libycum. Athlanticum appella-
tes. Strabo habitabilem ostram circumfluam esse dicit. & ab ex-
tremo mari. multos insulas admittere. quibus Aquilonarem
modo caspium. modo hytanum uocat. duos ab australi pelago ef-
fundi inuiscera terre. Persicum & Arabicum tradit. & illum
aduersum maxime cabio. Quartum hos magnitudine super-
are. qui mare nostrum quod interius appellamus efficit. omnes
autem abextremo mari angusto esu influere. Straboni multi
consentiunt. Ptolomeu plurimum aduersatur. qui omne illud
mare. quod indicum appellatur cum suis sinibus arabico. Persi-
co. Gangetico. & qui proprio uocabulo magni nomen habet. undiq;
terra concludi arbitratus est. Hyrcanum quoq; quod & caspium
nominat ab omni parte terra cinctum tanq; insule similitudinem

3
exoppo sito ducat. nostrum tantummodo pelagus abextremo per ar-
tissimas fauces. terram irrumperet. Qd cum sinibus sibi aduinctis
usq; in euxinum & Meotim paludem exiit. Herodotus etiam caspi-
um mare ait per se se esse neq; cum alio quocq; misceri. Longitudinis
quindicim diez cursu nauisq; remis agatur. Latitudinis ubi ampli-
us octo. Baltici sinus nemo ueteres meminit. Oceanum esse crediderunt
eius partem qui Germanicus appellatur. Sed ambitur hic etiam co-
ninenti. nec magnus circa Daniam hostis ab oceano intrumpeus sinu
amplissimum efficit. multasq; & ingentes circumfluit insulas. Iorda-
nis huius maris mentionem facit. Sed errat quamuis Gothus cum
prisca oceanum esse putans. Albertus magnus ingentem hunc esse
sinum cognouit. homo germanicus. qui nationis sue limites non
ignorauit. Totius terre. siue ambitum. siue diametrum querere.
fuit longitudo habitabilis abortu in occasum septuaginta
miliū stadiorū extendi proditum est. Latitudinem ab austro in-
boream triginta milibus minorem esse Straboni uisum. Ptolomeus
de latitudine consentiens. Longitudinem uariam prodit. quam
sub arcu equinoctialis circuli. nonaginta milium stadiorū esse con-
tendit. totumq; ambitum noti orbis. stadiis centum octuaginta
milibus constare censet. Latitudinem terre quatenus habitata
existimant maiores nostri in septem climata diuiserunt. Quorū
primum ab insula Meropē usq; sienem. per milia passuum quadri-
genta et quadraginta protenditur. a cuius fine. secundum incipi-
ens. in Alexandria Egypti finitur. quadringentis passuum milibus
amplum. Tertium in Rhodo definit. huius latitudo trecentis et
quinquaginta milibus passuum extenta est. Quartum Rhodiē-
se appellant. eiq; trecenta milia passuum latitudinis attribuunt.
Quintum Romanum ducentorū et quinquagintaquinque milium.
Sextum ad Bonitenem usq; amnem producunt. ducentis & duode-
cim milibus patens. Septimum ad Rhipheos montes per milia
passuum centum & octuaginta quinq;. Atq; ita omnium cli-
matum latitudo supra viciescentena centum quadraginta duo
milia passuum complectitur. quemadmodum his uisum est. qui
de terre climatibus scriptitarunt. Longitudo climatum. abortu

Terre habitabilis lo-
gundo et latitudo

in occasum protrahitur. tantumq; alter ex altero superatur quā-
tum ab equinotiali circulo procul abest. Haud tamen his clima-
tibus omnis habitabilis continetur. Siquidem longe ultra Me-
roem degere homines & Ptholomeus & multi alii prodiderunt.
et ultra septimum clima quod Rhipheis montibus termina-
tur magna pars germanie sita est: & tota Noruegia. Ipsaq;
Britannie insula atq; hybernie in quibus maximis dies haud mi-
nus quā duas de iugis horas assumunt: quos in septimo
climate. Horis terminari quindicum tradiderunt. An uō sit
equinoctio habitatio sit dubitatum est. Hieratosthenes perbe-
nignam ibi temperiem esse arbitrat. Idem sentit Polibius
qui solum illud sublime assent; & imbribus irrigatum. Poi-
sidonius sub equinoctiali montana esse negavit. Quidam equi-
noctiale circuitum extra omnem terram per Oceanum ferri pu-
tauerunt. Sic enim homero uisum est qui solis equos ex Oce-
ano hibernē & sidus ipm inde nutriri putauit: quem secutus
est Macrobius. Nec magnus Albertus ab hac sententia procul
fuit. qui tantum humoris sub torrida Zona consumi existi-
mauit quantum sub polis assidue gigneretur. Quibus in lo-
cis ab excellenti frigore; aquas ex aere perpetuo generari
asseruit. Ptolemeus aduersus est: qui Taprobane insule pa-
tem sub equinoctio collocat & multas ethyopum gentes: Nō
nulli paradisum terrestrem ea celi parte sitam crediderunt.
quibus sacrae recludatur auctoritas litterarū que Tigrim &
Euphratem fama notissimos amnes ex paradiso defluere co-
memorat. Quos a septentrionali plaga in persicum de uol-
ui finem non ignoramus. Minime tamen propinquas
solis directiq; fidens radij habitationem impediunt. Luc-
rum opacitate opitulante & nocturnum humiditate: que
diebus per omne tempus equales existunt. Esse tamen
sub equinoctio & per omnem torridam multas uasitates
& terras humore carentes ac prorsus humane nature in-
comodas nemo negauerit. Quamuis circa lucos & amnes
ethyopum populi degant. Plinius refert dalionem quēdam

& aristocleonem & Brionem & Basilidem ultra Merem longe
subuestos. Simonidem uō qui ethyopiam descripsit in Merce
quinquennio moratum; quā insulam per noningenta et sep-
tuaginta duo milia passuum intra Siensem egypti sicam esse
affirmat. Sicut neronis exploratores renuntiauerunt. Apud Siene
uō conuersionem solis estiuant. & ibi torridam incipere Zo-
nam. ab equinoctiali tractu radijs quatuor & uiginti distā-
tem hoc est stadys duodecim milibus que passus efficiunt qu-
decies centena milia ex qe fit ut paulo ultra medium iter
equinoctium & Siensem centem Merem accipiamus. Pro-
lomeus ultra equinoctium Agulimbam regionem habitata
ponit & lunge montes equibus nili paludes oriuntur & an-
tropogof ethyopas; per gradus circiter sexdecim. atq; i hūc
modum per decies centena milia passuum cultura hominū
trans equinoctium inuenitur: quod spatium non minus
terre q; duo climata complectitur. Consensu omnium re-
ceptum est totius habitabilis tris principales existerē por-
tiones. quarū premaxitudine prima est Asia. Secunda
Africa. tertia Europa. Asia coniungitur Africe: sicut Pro-
lomeo uisum est per dorsum arabie: quod mare nostrum
ab Arabico sinu coniungit. Nemo id negat. sed adicit ille
alio in loco coniungi per terram incognitam quā indicum
pelagus circumplectitur in qua sem tertia pene solus est.
Omnes enim quos offendimus de situ orbis scribentes ma-
re indicum ad austrum & orientem sine terminis ponunt.
& partem oceanī esse uolunt sicut ab his traditum est qui
ab Arabico sinu in thalanticum mare & ad columnas
Herculis nauigarunt. Europe & Asie coniunctio fit per
dorsum quod inter paludem Meotim & Sarmaticum Oce-
anum excurrit: supra Tanays fluij fontes. Africa nūq;
per se se europe coleret. Hinc fitto herculeo: illinc asia
interiacente disenta. Fuerunt qui eam ab Asia disun-
gere uoluerunt: id terre intercedere medietati quod inter
rubrum & nostrum pelagus medium est. cuius latitudine

De terminis Asiae
africe europe

6
non amplius quam mille equingentum stadium esse di-
xerunt. primusq; omnium Sesostris egypti rex id efficere
cogitauit. Mox darius perit. Deinde Ptolomeus sequens
qui fossam efluxit latitudinis pedum centum: altitudine
triginta. Longitudine passuum triginta septem milium
& quingentorum. Ultra progredientem metus inundationis
de terris excelsiore tribus cubitis rubro mare comperto
q̄ terra egypti. Plinius obuiam fossionem asserit: ne mare
inmissum aquam nili corrumpet que sola potius prebet Egp-
tys. Nili amnen pleriq; limitem esse inter asiam & Africam
uolunt. Melior per maria certioq; partitio est. Ita ut peni-
sulam Africam accipiamus, undiq; mari cinctam præter byssi-
nium. qui apellusio in Arabicum sinum excurrit. Nec nusq;
septentrionalior est Alexandria: que triginta & uno gradibus
ab equinoctio distat: nisi fortasse promontorium aliquod aut
in nostrum, aut in Athlanticum pelagus paulo amplius procum-
beret. Europa per hispaniam Italian et Peloponnesum austra-
lior est. Paralellum qui per Rhodum ducitur attingens in
septentrionem per Germaniam & Noruegiam maxime pro-
tensa. Quinto & sexto climate foelixulterius non adeo be-
nigna. Asia & ad septentrionem & ad meridiem extenditur.
Australiora eius latera Meroe sunt opposita: quamuis Aurea
cheronensis in India ad equinoctialem usq; circulum proten-
datur. Partes eius magis boreales ad scythas pertinent intra
& ultra Imaum montem. que ad paralellum usq; per Thy-
lem proferuntur. Taurus mediam quodammodo scindit qui
ab occidenti in orientem excurrentis: partem ad aquilonem: par-
tem ad meridiem relinquit. Greci alteram interiorem uocant
alteram exteriorem. Latitudo montis plerisq; in locis, stadiū
tria milia continet. Longitudo quantum Asia stadium circū-
quing. & quadraginta milia ab ora Rhodiensi usq; ad indie-
& Scythie extrema orientem uersus. Caput eius inter canā
Lyciamq; confurgit. quibus in locis modo Cadmi mons modo
Cragas appellatur. neq; altitudine: neq; latitudine memorabi-

Taurus

7
lis: multe sunt eius partes. & multa illi nomina uetustas indidit.
Progressus intra continentem quantum licet fines extenduntur
tam primum attollitur promontorium masicium ad dextram
emittit: quod in mare pamphylicum usq; procumbens, Pamphy-
liam ipsam Lyciamq; disiungit: mox ad septentrionem uergens
celenorum efficit uigum. quod ad magnam frigiam, Lycaoniamq;
respicit. Transmissa uero hinc atq; inde Pisidia ciliciam attingit
& Antiochia a sinistris relicta in duo cornua diuiditur. quorum dex-
trum Tauri nomen retinet: sinistrum antitaurum uocant: qui sep-
tentrionem uersus incedens minorem Armeniam, a maiori deter-
minat: relicto ad sinistram uigo uersus Euxinum pontum: cui
Scordisco est nomen. & orientalia Cappadocia a minori Armenia
seuungit. Ex Tauro uero cum ad extrema cilicie puenit Ama-
nus oritur: qui Syriam adextris relinquens ad Eufratem usq;
uersus orientem digreditur. nec interruptus ut Straboni pla-
cuit nomen amittit. sed multum in altum latumq; crescit: mul-
titudine efficitur. pars qui australior Taurus est: qui armeni-
am amesopotamia determinat. pars septentrionalior in multos
quasi ramos scinditur. Ptolomeus post scissionem euphratis Ama-
num montem iterum appellat Taurum inter Armeniam Mesopo-
tamiāq; protensum: donec ab amne Tigridis interruptitur. *rursus*
ultra uero Niphatem nominat. cui Assiria in dextro latere
subiacet. Adiabena regio qua dimissa ultra Capri amnis fon-
tes Niphates induas scinditur partes. ea que ad septentrionem
uergit. Caspios montes efficit qui ad hyrcanum pelagus
deferuntur. que uero ad meridiem inclinat choatras mons ap-
pellatur: qui iuxta asynam aliquamdiu progressus in austrum
rursus in duo cornua diuiditur que medorum prouinciam
includunt. Septentrionale nunc Taurus mons: nunc Orontes *orontes*
appellatur. Australi Parthoatras est uocabulum quo Media
disiungitur a Perside. Coniunguntur itez hec inter se cornua
circa finem Moedie ad orientem: & itez disiungitur. Bagianam Si-
gnanamq; terram includentia. Circa finem uero Sigane de nouo pro-
pe modum coherent ita ut portam quandam uideantur efficere: que-

Amanus

orontes

8
in Parthiam ueraperiat. Nam et parthia Tauro cingitur. cui
pars septentrionalis Coros uocatur. inter hyrcaniam parthy-
amq; discurrent. Orientalis Masdoranus. qui parthos ab Aria
seperat. Australis Parthoathras sicut circa persidem Mediāq;
nominatur. hic parthos a Carmania prohibet. Coros autem hy-
caniam preter gressus ^{mare} promontorium non paruum a se dimi-
tit. quod ad hyrcanum ^{mare} procumbens Margianam ab hyr-
cania seperat. Ipse inter Margianam & Ariam dilapsus
Sariphus appellatur. ex quo brachium aliud excurrit inter
Septentrionem & occidentem uersus. Batrianam a Mar-
giana disiungens. quod ubi ad hyrcanum prope pelagus
peruenit rursus ad orientem septentrionemq; decurrit
usq; ad laxartem fluvium. Ipse uero postq; Batrianam Ari-
amq; transiit. Paropamisus uocatur a quo regio. que
ad austrum uergit Paropamisadum nominatur. eius conclu-
sa iugis. Vterius iam Indiam ingressus caucalus dicitur qd
nomen ab Alexandri militibus accepisse uidetur. cuius glori-
causa & per adulationem. que regum comes est. tanq; ille
caucali iuga & Promethei miracula transcendisset. Nec al-
tissima uidetur. & ad modum lata indie montanaq; ad Sa-
cal pertingentia Comedorum nominantur. deinceps Imaus
incipit et usq; ad fontes Gangis extenditur. ex quo dor-
sum deriuatur. quod in septentrionem uergens in Oceanum
procumbit. & iuxta Iulianum trad. honem. Scythas in
duas partes diuidit. multosq; ramos producit. qui Bore-
ales Asiae partes multifariam partiuntur. Is ubi per aliqua-
tum spatium Gangem pretermisit. & ad extenorem Indi-
am peruenit. Emodus nominatur qui circa finem Indię
induos ramos diuiditur usq; in eum excurrentes pelagus
alteri Citracas nomen est & scias respicit alteri Seman-
tius. ad Senas terrarū ultimos. medij inter utrumq; Seman-
tini degunt. Et ipsi orientalium extremi. ac penes incogni-
ti. Sic Taurus se habet. totius Asiae diuisor. cui per anti rau-
rura & Caspium montem caucasia iuga & quicunq; per

9
Asiam montana excellunt propemodum coniuncta sunt.
Nec male existimasse putauerim. si quis per iuga sine que-
de Tauro deriuantur & Arabie dorsum quod inter ma-
re nostrum Arabicumq; decurrit. Trogloditarū montes us-
que ad eos qui lune uocantur. & de inde per iuga incogni-
ta in Athlantem usq; perueniri posse affirmauerit. uersusq;
hispaniarū montes Pyrenis contineri & illos per montem
Galliæ gelidas alpes attingere. Ex quibus hic apenninus
Italiam omnem intersecat. illinc per hystriam & dalmanā
usq; i peloponesum & in Traciam altissima iuga decurrunt.
Et inter Rhenum ac danubium dorsum assurgit quod ex alpi-
bus deriuatum per Germaniam Sarmatiamq; dilapsus
supra fontes Thanais ad Ripheos montes attingit. et per illos
ac deinde Tauro ex quo caucasio iungitur. exinde per caspi-
um & annitaurū deniq; Taurus ipse comprehenditur ultra que-
regnat magnum Antiochum romani permissere. ex quo fit
totius continentis una montium series intelligatur quāuis ple-
rūq; illeis tumor non satis appareat. Asiae partes alij plures
alij pauciores efficiunt. nam descriptio sex tantummodo contine-
bit. tres circa Taurum. & totidem ultra. Prior intra Tau-
rum & Oceanum septentrionalem ab orienti sole usq; ad
hyrcanum pelagus extendetur. popinano cultro similis.
continebitq; Scytharū plurimas gentes. que ultra Imaum
montem. citraq; habitant. cum quibus & Bactriani memo-
rabuntur. & Gordiani & Sace & Massagete. & ultimi
ad auroram Seres. & qui finem circum habitant Atacenū
Secunda ab eodem hyrcano mari usq; ad amnem Thanaym
et paludem meoticam profertur habens a septentrione ter-
ram incognitam in Oceanum uersam. amende pontus
euxinum & qui ab eo in hyrcanum pelagus excurrunt
Moschicos montes. In hac albanis hyberes. & colchi colloca-
buntur. atq; alij complures populi. quos uno uocabulo Scy-
thas appellant intertia parte romanis iuncta uiribus parthia
claudetur. Medorumq; terra & utraque armenia & quicq;

Asiae partio

arianos

Seret pma pars

campos

hodie minor Asia appellatur inter euxinum & hellespontum & cilicum pelagus etacchestino clauditur qui ab istco sinu i phasidem uergit. In quarta designabitur India cum Sinax populis ad orientem extremis & insula Taprobane. que ad meridiem sita circulum equinoctialem transcendit. Quinta ab Indo fluuius usq; ad amnem Tigrim intra Taurum & mare indicum sinumq; persicum iacens. Paropanisades. Aracisios. Drangianos. Gedrosianos. Carmanos. Persas. Assyrios et Sufianos complectetur. Sexta eademq; postrema ab ipso Tigride amne usq; ad Issicum sinum nostrumq; pelagus extenditur omnia complexa que a Tauro monte in persicum & arabicum sinum atq; in Egypti septemtrionalia uergunt. His in locis priores ad orientem Mesopotamij occurrerent, Babilonias ac caldei quibus contermina est Arabia deserta. Ad occidentem triplex Siria collocabitur. Palestina. Comagena ac Foenicis tum cilicia & Pamphilia ac Licia. & cum his Arabia petrea. ad meridiem felices arabes inuentur inter sinum persicum Arabicumq; conclusi arduis montibus a reliquis sui nominis gentibus diuisi usq; ad insulam prope Dioscondem in indicum protensi pelagus. Hec nobis. totius asie cernor commodiorq; partitio iusta est. Nunc partes partium attingere oportet. Seret ut ante diximus ad orientem estui ultimi reperiuntur. quibus ad ortum terram incognitam Ptolomeus. alij eum oceanum posuere. ad Meridiem cmodi montes. & octo rocoras Indos ac sinas excludunt. A septentrione Antrophagi iacent. Scythae. quibus humana corpora cibi sunt. & ut Ptolomeo uisum est ignota terra. ut alij Scythicus oceanus. ab occidente Scytharum natio. Montes apud Seras excellentes Annibi. Anzaci casij. Armurij ex quibus Tagurusas surgit. Amnes nominat Ptolomeus Oradem & Bantisi plinius Veronensis psitharam. Cambri. & cui nomen est Lanos inter urbes Metropolim Seram ponunt Otocore moti uicinam. Inter gentes maximam Issedonum esse dicunt que Taguri uiga montis & ad iacentes in colit. Iulius Solinus

Hyrcanum mare

Aracenus sinus

sicut & alij com plures mare hyrcanum ad Scyticum oceanum habere hostium dixit. Ibiq; ab exordio eiusce plage uersus orientem adextreis profundas iacere nives. mox longa deserta. post antropofagos gentem asperam & efferatam. que dimidiam ferme itineris partem inpenetrabilem reddidit. usq; ad uigui mari imminens quod Tabin barbari uocant. ultra quod post longinquas solitudines. in ore tractu que spectat estuium orientem & ultra in humanos sinus ad Seres demum perueniri. Homines inter semites & quietissimos. sed qui alios mortales refugiunt. Hos aquarum aspergine inundans frondibus arborum uellera. liquoris admunculo depectere & lanuginis teneram subtilitatem. humore ad obsequium dona reasserit. & hoc esse illud Sericum in usum publicum damno se uanitatis admissum ex quo potius est ostendere corpora q̄ uestire quod primo feminis postea etiam uiris luxuripuasit ambitio Mercatores fama est primum eorum fluuium pertransire. atq; in eis ipsis nullo lingue commercio negotiari. sed oculis tantum rerum pretia estimare. aurum offerre. cum Seres sua tradant. nostra non emant. Strabo Apollodori Adramitini utens testimonio. scribit. Menandrum ac Demetrium qui ex gente greca post Alexandrum in Batria regnauerunt res orientales agros longe ulterius q̄ Alexander processisse. & usq; ad Seras & Faunos imperium protulisse. His Aracenus anectitur sinus & gens. Atocox quibus tempeiei prerogatiuam miram dicunt aeris clementiam sub ministrare. & arcere afflatum noxium colles qui salubri apacitate. secluso undiq; obiectu pestilentes auras prohibent. atq; ideo par illis & hyperboreis uite genus esse crediderunt. Plinius tradit homerum de his priuatum uolumina condidisse. sicut de hyperboreis. Hecatheum. Inter hos & Indos non nulli cyconas locauerunt. Ptolomeus Semantinos posuisse uidetur. qui Seras inter & Sinas orientaliore existunt ad quos nulli nostratum hodie perueniunt. inmensa barbaries inter claudit & imperantium multitudo. quam ne

Nicolaus venetus

Racha

Dava flumē.

Dua

Serpentes in cibū p deli-
cijs habere.

mo probare pacis amicus: & qui orbis situm nosse cupiat
ignota esset terrarū maxima pars nisi Romanorū principatū
& alexandri potentia orbem aperuisset. Nicolaus tamen
quidam Venetus cognomento comes nostra etate in hec lo-
ca peruenit. si uera sunt que ab eo narrata fuerunt. Is
ait mare Indicum ultra Gangem cum mense toto nauiga-
set ad Racham fluiuium se peruenisse: eoq; sex diebus na-
uigato ciuitatem inuenisse: que nomine fluminis appel-
laretur. Ex in per desertos habitaculis montes quos Tauri
partem esse crediderim decem & septem diebus in campestris
descendisse: quibus duabus ebdomadibus magno labore per-
agratis flumen offenderet. Gange maius: quod ab incolis
Dava diceretur atq; in eo mensis nauigatione peracta ciui-
tatem nobilissimam appulisse: stadiorū centum uiginti circi-
tu patentem cui nomen Dua: hic lasciuientes feminas &
supra modum libidini deditas esse affirmat. Viros autem
uxore unica contentos esse. Prouinciā Macinum appellam: e-
lephantis refertam quoq; decem milia rex ad bellum nutriat:
ipse albo uehatur elephanto: cui cathena aurea gemmis disti-
ta colloq; circumdata ad pedes usque pendeat. Viros ac mu-
lires stilo ferreo uarijs coloribus figurisq; corpora pingere:
laciā omnes colere: surgentes electo ad orientem se solem
uertere: uinctisq; manibus orare: in oratione trini dei opem
petere. Serpentes ascos in cibum pro delitijs habere: rube-
asq; fornicas: pipere conditas: paruulis gammeris similes.
Animal hoc in loco nasci suillo capite: bouis cauda unico in
fronte cornu: eoq; cubitali colore & magnitudine elepha-
tis quibus tam bellum continuo gerit: id cornu ueneno
medetur: atq; iocundo in honore est. Quia regio ad cathaum
uergit boues albos nigrosq; gignit equina cauda sed pe-
lohiore & pedes usq; protensa pilos caude subtilissimos et in
modum plumę uolatilium magno in pretio esse: quos equi-
tes in cacumine lancearū suspendentes egrotis nobilitatis
insigne ducunt. Hec de Macino Nicolaus tradidit. quam

Prouinciā ad orientem uersam inter Indię montes & ca-
thaum collocans haud dubie regionem sericā de notasse ui-
denur: que Scytharum gentibus & septemtrione & ab occiden-
te iungitur. Scythas autem orientales nostra etas incatha-
io ponit: magno cani subiectos sic enim illi suum impera-
torem appellant. Sed illud difficile est credere: quod de-
amne Dava commemorat: quem Gange maiorem dicit:
cui ueteres cuncta cedere flumina tradiderunt. Nec illud
dignum fide decem milia elephantum belli causa regem
alere: nec notum esse: aut fama clarum. Sed longinqui-
tas redargui non facile potest. (Post seras occidentem ue-
sus Sace sunt & Massagete & Tapurei & Suebi & ulti-
mi ad Septemtrionē Alanorū. Ptolomeus Massagetas du-
plices esse dixit. Alteros hyrcano mari uicinos & Marga-
ne regionis: Alteros inter sacas posuit. Sacarū gentem ab
occasu comedo monte & amne laxarce conclusit. a septem-
trione Scythia que intra Imaum est: & ascantani mon-
tis iugo ab oriente seris: ad austrum montibus Indicis.
Sace nomades sunt qui carentes urbibus nemora & spe-
luncas habitant fama est Sacarū gente usq; in hyrcani-
am & parthiam predari solitam: quamuis multa & deter-
ta siccaq; regio inter iacet. Parthos amore pacis tributa illis
pependisse. Id erat permutare ut statis temporibus agros
excurrerent & predam agerent. Cum preter conuentū fa-
cerent bellum gerebatur: rursumq; pax fiebat: fuitq; no-
madum uita ita instituta ut semper uicinos infestarent:
rursusq; reconciliarentur. Sace multas invasiones facere:
modo propinquas modo longinquas. Bactrianam occupant
& optimam armenie regionem que postea Sacasina ab
eis est appellata. Inuasunt & capadocias qui ad eu-
xinum uergentes pontici nominantur. Sed cum ex spolijs
festa celebrarent. Persarū imperatores eos funditus deleue-
re. Sunt qui tradant cyrum Persarū regem dūdo aduer-
sus eos exercitu prelio superatum. Sed fugientem eo ilico

Sacarū gens

[^] progressum

castrametatum ubi impedimenta reliquerat bonis omnibus et
presertim uino instructa. Indeque postquam exercitus paululum qui
euerat relictis uesperis tabernaculis, quantum sibi commodum ui-
sum fuit consedisse. Ingruentes Sacae & castra uinis deserta ac
rebus uoluptuosis plena comperientes in modice se impleuisse
Cynum conuersam uinolentos atque attonitos ad interemtionem
cecidisse diemque illum patrie deae consecrasse. Sacaeque nomina-
se. quae cum celebrabantur positis die ac nocte bacchanalibus uini
simul ac mulieres eo usque potabant donec stupore comprehende-
rentur tanquam simplex purissimaque diuinitas, fedissimis homi-
num moribus oblectaretur. Ex Sacarum Massagetarumque gente.
Athasios & corasmos esse putant ad quos Spitamenenses ex Batri-
anis ac Sogdianis confugit, unus expertis qui Alexandro resiste-
re conati sunt. Cuius ad insequendum Spitamenem ab Alexan-
dro missus Barbaros pugna superauit illi per deserta tantum
fugerunt donec. Alexandrum ipsum aduersus se uenire co-
gnouerunt. Tunc autem placaturi hostem Spitamini caput am-
putarunt. & Alexandro miserunt: nec amplius ab eo uexati
sunt. Post Sacas ad septentrionem Massagete reperiuntur:
et ipsi Nomades Scytharumque genus quod uirtutem suam maxime
in bello aduersus Cynum ostenderunt. Horum alij montes habi-
tant alij campos alij paludes: & quae sunt in paludibus insulae.
Aragum amnem per hos labi dicunt. quem alij Araxem uocant.
eumque plures in partes diuidunt: & uno tantum hostium hyra-
num ingredi pelagus: reliquis in oceanum septentrionalem exo-
nerari. Ptolomeus magnum fluvium duobus fontibus ex mon-
tibus Sariphis descendere tradit. & per Massagetas qui margi-
anis uicini sunt ac Derbitas in oxum deferri amnem qui iuxta
Bychos hyrcanum pelagus ingreditur. Massagete equum soli
mactant, eumque tantummodo deum putant. multos hic error
antiquorum precipitauit: inter quos fuit Dion Prusaensis: Plinius
Veronensis Macrobius: & omnis ferme illa etas, quae a Vespasi-
ano cesare usque ad Traianum cucurrit. & Adrianum. Nuper
quoque in arce quae sub ipsa Adriani mole magnificentissime stue-

Massagete:

Aragus amnis ut Araxis

ta est. Urbinas quidam adolescens repertus est, huius stultitiae se-
quax. Alioquin non ignarus. qui cum Arcem prodere conaretur:
essetque deprehensus, uotum christo uouit: ei se crediturum: re-
licturumque solis cultum si libertatem atque impunitatem assequere-
tur. Sed raptus ad supplicium, stultum se fuisse testatus est: quod
ab eo salutem sperasset qui se ipsum saluare non potuisset. tanquam
christus Iesus & dominus noster crucem tulisset inuitus qui pro nos-
tra uita sponte moriens, mortem occidit. Stultus adolescens sub nono
pontificatu sui sceleris penas dedit laqueo suspensus & in Ti-
berim proiectus. Massagetis mos fuit singulis uxores singulas du-
cere: neque tamen alienis abstinere: cum quibus suspensa e cur-
ru pharetra in propatulo cohibant. Foeda genus & brutis similia
apud quam genus mortis maxime optimum iudicabatur, ut senio
confecti infracta cederentur & cum carnibus ouillis promiscue-
derentur: eos qui morbo decederent, ut impios abiicientes tanquam
dignos qui a feris deuorarentur. Equites ac pedites inter eos opti-
mi fuerunt. arcu gladio torace ac securi enea utentes. aurata Zo-
na aurea equorum frena ac pectoralia habentes. ferri parui apud eos
fuit: argento carabant. erant & auro habundabant. Insulae culti-
ores herbarum radices edebant, & agrestes fructus ex quibus pocula
exprimebant. Vestis erat arborum cortex, qui paludes inhabitaba-
bant piscibus uescebantur. Focorum cona emari prodeuntium in-
duebant. Montani pomis siluestribus alebantur non ausi oues
occidere cum paucas haberent easque lactis & lane gratia parce-
rent. Campestres et si regionem late patentem occupabant, non
tamen agros excolebant: sed exouibus piscibusque uiuebant bel-
licosi homines quamuis simplices & incontractando minime
uersuti. Hiis ad orientem ac septentrionem Antropophagi
sunt. quibus execrandi cibi humana uiscera esse creduntur.
et circa hos tristissima solitudo & mare quod Tabin uocant &
essedones qui ossa capitum suorum parentum auro cinta in pocu-
lorum tradere ministerium asseruntur. & Scythotauri qui pro-
hostis cedunt ad uenas. Iulius Solinus in hac parte terras esse
locupletes: sed inhabitabiles dicit. nam cum auro & gemmis

Urbinas adolescens

Antropophagi

Capita patrum pro poculis



Gryphes

affluant. Gryphes tenere uniuersa testatur: alites ferocissimos & ultra omnem rabiem seuerentes quorum inmanitate obsistente rarij pateat addiuites uenas accessus. Discerpere enim homines tanq[ua]m gentes ad plestendam auaritie temeritatem: Animas poscum his dimicare gentem monoculam se credere par est, ut i tercipiant lapides. Smaragdus hic patriam esse, quibus tertia dederit. Thofrastus dignitatem: quibusq[ue] nihil uideant oculi

Cristalli maximu frustra

li iucundius cristallum quoq[ue] optimam hinc asferri: cuius frustum luia augusti ad pondus centum quinquaginta librar[um] ter capitolina donaria dicauerit. Sub Massagetis Tapirres & Alanos occidentem uersus usq[ue] ad amnem Ras. & asianos Sarmatas Ptolomeus q[ui] plurimas Scythar[um] gentes enumerat.

Iaxartes flu.

Quibus ad meridiem Iaxartes fluuius & mare caspium occurrunt a septentrione terra incognita iacet. Iaxartem apud Sacas oriri arbitrantur. & in septentrionem fluere postea ad occidentem uerni inter Scythas & Sogdianos. Demumq[ue] ad meridiem inclinantem hyrcanum ingredi pelagus multa & magna flumina una trahentem. Que partim Sogdy, partim Noroxi Apisij, & Tapuri montes effundunt. Ras uero amnem hyperbortos emittere montes existimat. qui modo in orientem modo i occidentem uersus postremo ad meridiem tendens hyrcanias auget aquas inter Iaxartem & Ras duo ingentia ponit flumina. Rhimmum qui ex Rhimicis oritur uigil & Daixem Noroso monte cadentem. Inter hos montes et Iaxartem fluuium: hyrcanumq[ue] mare. Orgasos: Erimnos. Aliotas. Norosbes. Norosol: & ca. tagas Scythar[um] populos collocat. trans montes autem septentrionem uersus Gallatophagos Aspisos Thabienos Samnitas. Panuardos & alios q[ui] priores, & Albanos iuxta montes qui ad modum septentrionales sunt ab australi parte Saxonibus locum prebet. ex quibus fortasse orti sunt qui Germaniam incolunt quamuis suam originem ex macedonibus repetant a boreali parte. Nasseis et Subocis sedes dedit qui non minus ad septentrionem uergunt q[ua]m Thile in cuius parallelo Scythas Alanos descripsit & hyperbortos

Ras flu

Sarmatas. quibus ad austrum montes collocat. Hyperbortos: Asiaticos facit q[ui] pleriq[ue] europeos esse tradiderunt. Nonnulli hoc genus hominum ultra aquilonem iactare putauerunt gentemq[ue] beatissimam esse, quam alij mediam statuerunt, inter utrumq[ue] solem: antipodum occidentem & nostrum renascentem. Iulius solinus aspernari rationem dixit tam uasto mari duos orbis interfluere. & in europa ei circumscripsit apud quos mundi cardines essent, & extremi fidei ambitus. nox que una sex mensium & una totidem dies. magnam his de celo elementiam concessam esse aur al spirare salubres: nihil noxij flaccus habere: domos esse nemora: uictum arboreis ministrare: discordiam nescire: egritudine non inquietari adinocentiam omnibus equale uon esse. mortem accersere & uoluntario interitu obcundi tantatatem castigare. consuesse olim pmutias frugum p uirgines Apolimi Delio miltare: quibus perfidia hospitum uiolatis pontifici intra fines suos recepto missionem neglexisse. fabulosa hec nam quis credat. Virgines tam longo terrar[um] trachu tantasq[ue] montium fluminumq[ue] ac marium difficultates singulis annis penetrare potuisse. aut gentem esse, que transaquilonem habet nobis cognita. Diodonis Hecateo teste utens oppositam celis iuxta oceanum esse insulam dicit, haud multum Sicilia minorem ponte Arctos habitariq[ue] ab his qui hyperbortos appellantur eo quod uento boree sunt expositi. Insulam ualde fertilem in qua fructus annui bis nascantur Latona in ea nata fabulantur. & appolinem ibi preteretis dijs coli esseq[ue] homines eius insule ueluti quosdam sacerdotes Apollinis cuius laudes & hymnos quotidie incantu celebrent. Lucum preterea ingentis templuzq[ue] Apollinis forma rotunda multis donis atq[ue] hornamentis cumulatam. Urbem ei saccam. cuius incolae maiori ex parte cythare di existant continuoq[ue] in templo sonent & hymnos canent. habere hyperbortos propriam linguam & grecis maxime delijs atheniensibus sonare ac beniuolentia uinctos apricis temporibus cepta. Grecos n. quosdam olim ad hyperbortos traxisse ferunt & dona sumptuosa in templo apposuisse gre-

cis litteris inscripta. Ex hyperboreis uero Abaram uenisse i grecia
amicitiamq; cum delis inter contractam firmasse aiunt & Lu
nam apud hyperboreos uideri pacis a terra distantem ac terrestres
quosdam ueluti cumulos habentem in se manifestos. Deumq;
Apollinem per annos unde uiginti adiri insulam in quibus al
trorum reuolutiones persuantur. Imperare ciuitati temploq;
preesse. Boreadas Borea progeniemque per genus recepit p
cipatum. que omnia tanq; fabulosa referent Diodorus uide
tur continere. Hyperboreos similes Arimpheos esse dicunt
Asiaticos Scythas qui Bacchis edunt: quietem amant: nunc
leduntur ab alijs: fugientes ad eos tuti sunt tanq; a silo tegan
tur Sacri omnes habentur. Sic forsitan olim fuit nuc gentis
huiusce nulla cognitio laxartem fluum non nulle Thanaim
esse crediderunt. qui Asiam ab Europa determinat: inter quos
fuisse Policletem Strabo commemorat: cuius errorem Ale
xandri comites secuti sunt. qui eum transgresso Thanai ad
uersus Europeos Scythas belligasse tradiderunt. Sed Dimas
dux Seleuci & Anthioei satis idoneus uero auctor hunc tras
uectus annem ac titulos omnium super gressus alium esse q
Thanaim deprehendit & ob gloriam sui nominis altaria ibi
Apollini Didimeo hedicauit. & hoc esse collimimum inter
Scythas & Persas ostendit. Non quod persas Scythas attingat
Sed quod imperium persarum per Batrianos & Gordianos ad la
xartem usq; fluum protendatur. Laxartis nomen abatrianis
inditum ferunt. Plinius a Scythis uocatum Scythum tradit.
hic arx condita feruntur ab Hercule ac Libero patre. Cyro
quoq; & Semiramide & postremo ab Alexandro. que protec
tionis metas ad septentrionem ostenderent qui nostra etate or
bis situm figurant cathaum his in locis designat. que ultra
laxartem commemorauimus: multasq; prouincias & multa re
gna. circumscribunt quibus unus presit imperator qui apud eos
can appellatur Nicolaus uenetis apud eum se fuisse affirmat &
urbem inuenisse que duo de triginta milibus passuum pate
ret in quadrum. Cambaleschiam nomine. in cuius medio arx

Arimphes

Cambaleschia mens
ciuitas

19
munitissima & ornatissima haberetur. in qua rex habitaret &
ex qua muri arcuati ad quatuor urbis angulos protenderetur per
quos accessus regi esset siquid in urbe tumultus excitaretur: ad ar
ces que ipsi in angulis eminent quarum quelibet passuum qua
tuor milia in ambitu continet: & omnis generis arma tormen
taq; bello acta concludit. Asserit insuper alteram scythem re
perisse: quindicim diebus itinere ab hac distantem. Nemtai ap
pellatam: nostro euo aut paulo ante ab imperatoribus eius ge
tis conditam. cuius ambitus triginta milibus passuum conti
neatur. tanq; populosissimam esse omnium in utraque ci
uitate domus: palatia templa ceteraq; urbium ornamenta ita
licet similia esse affirmat. Homines modestos atq; urbanos
& multis diuitijs affluentes: quod si credimus magna profecto
mox mutatio facta est. ab his quos antiqui prodiderunt qui
Scythas ferme omnes pastores esse affirmauerunt: & prope
modum intractabiles. nec horrida septentrionis ora: eos admit
tit mores quibus uel grecia olim claruit: uel italia nunc flo
ret. aut certe cathaum ipsum: quod tantopere laudant mi
nus septentrionale est: q; pictura demonstrat. Nam quicqd
ultra laxartem colitur: si Ptolomeo fides est: ultra septimu
clima protenditur. & parallelum transcendit qui per borista
nem describitur: nisi respondeat aliquis. Magni canis impe
rium & ultra & citra laxartem extendi ac Gordianos Bac
trianos & alias gentes usq; ad Indie atq; Arge montes com
prehendere: quod facile persuaderi potest: his qui Scytharum
res gestas aliquando legerunt. a quibus magnam asie partem
olim subactam fuisse constat: nec imperia suos tenent perpe
tuo limites: sed pro fortune uarietate nunc magna sunt. nuc
parua. Strabo in hac parte Scythie ad occidentem. quam Pro
lomeus Ras fluuius terminauit hyrcani pelagi fauces collo
cauit ab utraque parte cultas. De quibus postea differemus
Inter laxartem & Sariphos Paropanisosq; montes Sogdiani &
Batriani iacent. oxo descripti fluuius. Sogdiani ad laxartem
magis accedunt. Batriani ad paropanisi iuga per quos flu

Nemtai ciuitas

oxo fluuius

uius ocus dilapsus in oxum fertur. Batriani ad occidentem Margiam sunt. Sogdiani montes oxy quos interrumpit oxus p. Rabiol. & Derbui in hyrcanum cadens pelagus. Margiani ad occidentem hyrcania occurrunt que nomen pelago dedit. Olim fuit Strabo assent. Sogdiani & Batriani nec uita multum nec moribus a Nomadibus differabant. quibus Batriani mitiores essent. Nec uera locutus Onesicritus existimatur. qui Batrianos senio aut morbo confectos apponi cambus uiuos scripsit ad hoc ipsum de industria enutritis quos patria in qua sepulchrales uocabant: quam legem sustulerit Alexander quem ferunt alij otto: alij duodecim urbes in Batriana & Sogdiana condidisse non nullis euerfis. quare Carata fuit in Batriana ubi Calisthenes comprehensus est & in uineula coniectus qui diuinos honores Alexandro negauit exhibendos esse. In Sogdiana Paracanda. & Cyra ultimum cyri opus ad laxartem flumen conditum quod Prisci Imperij confinium erat. nec peperit Alexander memorie Cyri quibus illum coleret: propter continuas oppidanorum rebelliones. In Batriana petram Sisimetre altitudinis stadiorum quindecim cepit: cuius ambitus octuaginta continebatur in superiore parte planam ac feracem ut uiros quingentos alere posset. In ea Alexander & hospitio sumptuose acceptus est & Rosannam oxianicis filiam duxit uxorem. In sogdiana secus Oxum Ariana petram occupauit que duplo altior fuit Sisimura Xerxes in his locis urbem condiderat & Branchidas in ea collocauerat propterea quod dei pecunias ac thesauros qui apud Didima erant sibi tradidissent & secum e patria sponte migrassent. Alexander eos subtulit proditorem & sacrilegium exosus que scelera nulla non etas improbauit. Per sogdianam annis labitur qui postquam multam regionem arrigauit in desertam & arenosam terram euadit: atque ibi absorbetur quemadmodum in ariana fluiuius Arius qui regionem nomen dedit. Macedones propter Alexandri gloriam hunc amnem nobilitarunt: qui apud ochum flumen olei fontem inuenientes. multi fabulati sunt tanquam

miraculum fuerit: nitrosam & Aluminosam terram sulphure ac Bitumine inter mixtam id liquoris fundere. hunc fluiuium aliam per Batrianam labi dicunt quos Ptolomeus secutus est. alij secus eam: alij ab Oxo diuersum usque ad hosia atque australiorem & ambo in hyrcanum mare decurrere. Alij ab initio diuersum & de inde in unum confluere. Oxus ut Ptolomeo uidetur in caucasio indige monte prope paropanis montem habet & in septemtrionem longo flexu directus maiori demum in occasum uergit multa & magna flumina in mare caspium secum ferens. inter que ochus est. per quem nauigasse Pompeium crediderim sicut ante diximus cum descendit in Oxum: nam & ochi fontes in paropanis monte reperiuntur. Oxi alueum multis in locis sex septem uel stadiorum latitudinem habere tradiderunt. Alexander bellum insequens. hunc amnem ponte ex utribus factum traiecit misitque Ptolomeum lagi cum parte exercitus per Bessum a barbaris derelictum in uulia quadam interceptum & nudum ac cathena ligatum adduxit: quem cum Alexander uidisset interrogauit cur regem suum simul & propinquum & benefactorem Dariam interfecisset. ad quem Bessus non sibi soli id agere uisum fuisse respondit: sed omnibus qui circa darium erant ut inuenirent sibi salutem ab Alexandro: quibus dictis publice suffragatus est & in dardaniam remissus ut ibi moreretur. Sogdianam septemtrionali parte laxartes claudit amnis inter quem & Oxum duos fluiuos decurrere Ptolomeus scribit Politimem & Iastem qui ex montibus oxy in hyrcanum mare descendunt. Inter oxy & laxartis hosia non nulli octuaginta parasangas esse dixerunt. Persicum autem parasangam alij sexaginta stadiorum fecere. alij trecentorum & quadraginta. qualem amplitudinem uix omnem Scythiam crediderim continere. Eratosthenes his aduersus est. qui ut ait Strabo ab oxy fluminis hosia apud hyrcanos sita usque ad laxartem fluiuium duo milia & quadringenta stadia currere affirmat. Alexander de suo nomine ultra oxum amnem duas urbes condidit. Alteram uersus septemtrionem. Alteram uersus orientem in Vadabanda regione. ab hyrcania usque in Sogdianam

parasanga

ad orientem eunti solem intra Taurum & Iaxartem fluvium quicquid gentes occurrunt primo Persis deinde macedonibus postremo Parthis subiecte fuerunt. Romanorum signa raro apud eas uisa sunt: quibus Magni nauigationem per Oxum & Hyrcanum pelagus Varro commemorat quae ultra Iaxartem ad septentrionem recedunt: intacte remansisse uidentur. in quas Alexander expeditionem aggressus propter Bessum & Spitamenem qui ad eos confugerant Bello captiuo ad eum deducto & Spitamene ab barbaris interempto destitit abinceptis cuius in Batrianam reuersi horrendum scelus commemoratur occisi inter bibendum Cliti amici ueteris & collatantibus fratris. non aliam ob causam nisi quia Philippi laudes pertinacius tueretur. Sed uini magis quam hominis fuisse crimen: Poenitentia docuit mox secuta quando egre retentus est ne se occideret occisor amici. Batria sub imperio macedonum qui persas deleuere usque ad secundum Seleucum antiochi nepotem retenta est. Tunc uero Theodorus praefecturae titulum mutauit in regnum & se regem uocauit reliquitque successorem sui nominis qui cum Arsace Parthorum rege contra Seleucum se coniunxit: regnumque tutatus est: quod sub eucratide ad magnam gloriam peruenit. Is enim cum obsidionem Demetrii regis indorum peteretur audacia in audita cum trecentis milibus sexaginta hostium milia assidue eruptionibus uicit & quinto mense liberatus magnam inde partem in potestatem suam redegit. Unde cum se reciperet a filio quem regni sortium fecerat in itinere interfecit: qui uelut hostem non patrem interfecisset per sanguinem eius currum egit & corpus abigi in sepulcrum iussit & in Batriani Sogdianorum indorum & aliorum bellis fatigati tandem uelut exangues oppressi sunt. Aria Batrianae contermina est ad meridiem & monti subiecta qui Batrianam habet & ab Hyrcania sex milibus fere stadiis abest. Ipsi autem Ariani ad Austrum Aracosia subiacet usque ad Indum flumen: de quibus alio loco dicitur. Margiana Batrianis ad occidentem iacet & campis desertis ambitur. Fama est Anthiocum, Sother cognomen fuit: loci naturam admiratum magnam terrae partem muro circumclusisse cuius ambitus

Aria

mille & quingentorum fuerit stadiis: & urbem Anthiochiam condidisse. Vites hic optimas inueniri: quarum trunco uix duo uini compleri queant racemumque duorum fere cubitorum. Ptolomeus Tapiros ultra margianos ad orientem posuit. Strabo inter Debitas & Hyrcanos habitare putauit quibus mos fuit proprias uxores alijs uiris nuptui concedere: cum duos tres uel filios ex eis suscipissent: quemadmodum apud Romanos Cato indigeni Hortensio Martiam concessit. Hyrcaniam ualde opulentam esse dicunt & magna ex parte planam praecelsissimis urbibus adornatam: quarum Talabrocam & Samarianam & Cartham & Thapen paulo supra mare sitam extollunt. Opulentiae signum adducunt: quod uitis uini metretam afferat: ficus sexaginta modios frumentum ex semine nascatur: qui cadit ex culmo: in arboribus melificetur. Perluatque mel ex folijs: nec in his opus sit diligentia: illud admiratione dignum quod ab Eudasio & ab Alijs de Hyrcania scribitur: ripas quasdam cauernas stare ante mare humili interiacente litore: ex superioribus rupibus flumina decurrere tanta uel delata: ut cum arripa peruenerint aquam in mare iaculentur: subiectum litus aspergine intantum relinquencia ut etiam exercitus unda tecto peruium sit: indigenas in eum locum epulandi & sacrificandi grana sepe descendere: & interdum mantris discumbentes: interdum sub ipso fludu applicantes: alio atque alio modo oblectari cum simul hinc mare petat hinc litus propter humorem: herbidum floridumque conspiciatur. Nobilitatem huius gentis hinc licet intelligere: quod uicino mari ab ea est inditum in Hyrcania res gerenti Alexandro Thalestris regina amazonum quam alij Mintheam uocant: cum trecentis mulieribus occurrat trigintaque diebus inter confertissimas gentes itinere facto: liberos ex regem quaesitura cuius conspectus aduentusque omnibus admirationi fuit: propter insolitum foeminae habitum. Ob hoc tredecim diebus ocio a rege datus ut est uisa: uterque impleuisse discessit. Hoc mare quod Hyrcanum abluat Ptolomeus ut ante diximus lacum esse affirmavit: undique terra conclusum cuius septentrionalia Scythae occupant: Australia Moedi atque Hyrcani: qui & orientis partem am-

Anthiochia

Cato martiam hortensio conc
cessit:
hyrcania

anome

Thalestris regina Ama
zonum ad alexandrum ue
nit

gunt: cum Manganiis, Derbitis, ac Rhibys. Occidentalia Armeni Albaniq; ambiunt. quorū pars septentrionem attingit Polietus quoq; ut affirmat Strabo lacum esse & dulces aquas habere & serpentes nutrire hoc pelagus asseruit. In eo maxime errauit quod unum esse cum Meotica palude existimauit. Inde coniecturam faciens, quia Thanaus in ipsum emittit nō animaduertens duos inueniri huius nominis amnes, ut ante diximus. Quod si Meotici uingeretur, hyrcanus sinus nequaquam lacus esset, cum Meotis ab Euxino ponto mannas aquas accipiat. Pontus uero per hellespontum & mare nostrum ab herculco freto salis impleatur undis. Plinius ueronensis Iulius Solinus Strabo capadox Priscianus cesariensis & alij cum plures hyrcanum pelagus oceani Borealis sinum esse tradiderunt ex quo uicariusq; in orientem & mare indicum nauigare: auiusq; sinum ab oceano meridiem uersus recedere: ab initio archum in progressu dilatatum: & praesertim multimo recessu ubi aquarū tria ferme stadiorū latitudine patet & hostij utranq; ripam tenere. Scythas reliqua litora aut Scythas aut similes Scythas, quales hyrcani sunt. Albani, Clusi, Narisci: ac Mardi magnitudinem huius maris patrocles pontico simile existimauit. Plinius auctore claudio refert id terre spatium quod inter meotim & hyrcanum iacet pelagus centum quinquaginta milia passuum continere: idq; perfodere & cogitasse Nicanorem Seleucum: quo intempore a Ptolomeo ceradum sit interfectus. Verum alij trecenta septuaginta quinq; milia passuum id esse existimant Cornelius nepos ducenta quinquaginta milia. qđ alij centum & quinquaginta milibus passuum. Alij paulo amplius contineri dixerunt: magno errore neq; enim retro Meotim ad boream hyrcanus offertur sinus, ut illis uisum est. Sed pontico mari ad orientem occurrit. hystrium q; colchi: hyberi & Albani inter duo maria obsident nec longum iter ab Euxino ponto per hūc hystrium & hyrcanum pelagus ad indiam transeunti peragendum Plinius existimauit quem secutus Iulius Solinus Pompeium magnum et tōd-

ebus ex india ad Batros usq; aliterum flumen puenisse affirmat. quo influit Oxum per quem mare caspium ingressus ad Cyri amnis hostia penetrauit. qui Armenie & hyberie fines interluit a Cyro uero diebus non amplius quinque terreno itinere subuectis nauibus ad aluenti phasidis pertendisse atq; inde in Pontum Soronia Strabo dicit qui multas inde merces teste Aristobolo in hyrcanum mare per Ochum amnem de uehi tradidit: deinde in Albaniam atq; per cyrum & sequentia loca in eusinum & Ochum in Oxum putat exonerari que duo flumina hyrcaniam irrigare censet & Niseam partem esse hyrcanie per quam Ochus decurrit quem Aristobolus nauigabilem esse retulit: & omnium fluminum maximū que ipse in Asia uident preter indica. Sed hoc iter multo beatius eo est quod per Egiptum & Arabiam multaq; alias gentes ducit in indiam: neutrum tamen hodie narrantis est apertum: qui terre formam nostra tempestatē figurant. Ptolomeo consentiunt & lacu spetiem hyrcano concedunt. Solinus Xenofontem lapsa centum auctorem facit, alioque Scytharū a quo sinus irrupit hyrcanus Abalnam insulam triduo nauigari cuius magnitudo inmensa, & pene similis continenti existat. nec longe denas sepeari quas qui habitent uiuant: cuius auum marinarū & auenis uulgo nascentibus: propter quas & alias constitutas quas indigine humana usq; ad uestigium forma in equinos desinant pedes. Ferunt & alia pleraq; que tanquam fabulosa relinquimus. Apud hyrcanum pelagus desinit Asia prima pars & secunda incipit in occidentali litore: que usq; ad paludem Meotidem & amnem Thanaum extenditur inter mare ponticum iacens & oceanum septentrionale. Ptolomeus hanc partem ab orienti Ral flumine claudit & hyrcano mari cui negauit oceanum patere: exatū & omnes Sarmatas Asianos appellauit qui hanc terram incolerent, preter colchicos, hyberos & Albanos, atq; alios qui circa caucasum coraxemq; montem ad meridiem siti sunt. Sarmatas autem implurimas gentes & multa nomina diuisit. Vltimos ad septentrionem hyperboreos posuit & sub eis basilicos

de inde Za catal. Suardenos: chenides & magis ad meridiem
Perhierbidorū numerosum genus. Quorū sedes illic esse ostendit
ubi Ras fluiuius ad occidentem solem & Thanais maxime ad
orientem uerunt. sibiq; inuicem propinquiores existunt. Sub
his uersus meridiem & ultra hippicos montes Stractenos collocauit
Iaxamatas: Persesios. & melandanos apud quos meridialis regione
fuisse arbitrat. rursus ad orientem Ras flumini proximis & ul
tra Ceraunos montes Sapothrenios posuit & sub ipsis paululu
australiore Scymnitas & Amazonas de quibus postea dicemus
quando imperium fama est: eas quam maximum obtinuisse.
Ceraunos montes partem esse caucasi uersus septentrionem ue
gentem: Quibus proximi sint ad orientalem plagam. Vali: Serbi
Diduri & uide ad occidentalem Sacani & Tusci prope Sarmati
cas pilas ubi acaucasijs uigis ceraunia uidentur abrupta. For
sitan & hinc tuscōrum genus ortum qui etruscos ex Italia pepu
lerunt tria flumina in hircanum pelagus ex caucasio monte
cadere Ptolomeus ostendit: hudonem qui septetnomalior est
Alontem & Soanam. Inter caucasiū montem & Var
danum amnem Sannanis & agoris sedes dedit. Ultra uar
danum uersus Psathum fluiuium & Bortam conapsenos Ari
chios: Metibos: Zinchos & Asturicanos memorat. Vterius Ti
rambas & Marubio flumini proximis. Thementas Fluuios ex
Asia in Meotim magnos decurrere preter Thanaim octo dinume
rat inter quos Vardanus australior est. Marubius septentrio
nalianus cui proximus est Rhombites maior de inde Theofanus
postea Rhombites minor de hinc achutes & uardano propinq
or Psathis: multa est inter ueteres discordia: quam inde nasci
arbitramur quia nec montium nec fluminum nec gentium nomē
perseuerant. & prouinciāz regnōzq; termini multam uarieta
tem accipiunt: a Strabone qui sub Tiberio cesare uixit usq; ad
Ptolomeum alexandrinum qui per tempora antonini pij situm
orbis descripsit haud equidem magnum tempus est. & tamen
tanta nominum uariatio intercessit ut paucissimi Scytharū
populi ex his nominari uideamus apud unum: quos nomina

et iter ea olontas et yson
das collocat. ex citra Soa
nam gercos

uerit alter. Sed ad rem redeamus Strabo Cyrum amnem &
Araxem in hircanum pelagus ab occidentali plaga inmittere ar
bitratur. & Araxem per Armeniam. Cyx per hibernam & Alba
niam decurrere & ab hostio cyri per albanos hyberas & colchos a
mari in mare tria fere stadiorū milia esse. & hissimi rationem ob
tinere huius partis quam describimus Possidonius huc hys
simum mille & quingenta stadia continere putauit. quantum i
ter pelusium est & mare rubrum tantundemq; spatij esse a Neo
tide in oceanum ēē censuit: indignus fide quāuis Pompeio fami
liaris fuerit & ter eius scripserit. Albani in hac descriptione primi
occurrunt. Quos pastores fuisse constat. & nomadico generi proxi
mos non tamen uagos atq; iccirco minus bellicosos inter hyberas &
mare caspiū hi habitant abortu solis mari coniuncti. ab occasu
hyberis finitimi ex reliquis lateribus. Boreale caucasijs montibus
munitur qui campis imminentes & mari plurimum coniuncti
ceraunia uocantur ut Strabo putauit & complures alij quāuis
Ptolomeus ut ante diximus aliter sentiat. Australe latius arme
niam contingit que partim campestris est partim montana.
sicut & cambisena ad quam armeni simul & hyberi & albani
coniunguntur. Cyri p Albaniam fluit & alia flumina que q
uisq; augent fecundiorē q; terra exhibent: mare tamen confun
dunt propter limum quem afferunt. Araxes prope emittit Asper
ex armenia cadens. Sed quem limum propellit alucum perui
um faciens eum cyrus repellit. homines in albania inertes fu
isse feruntur. nam qui ibi militarunt cyclopem eos degere ui
tam dixerunt. & terram omnis generis fructum etiam domesti
cum afferre. & stipem omnes & ea que semper uirent. & quib
ne minimam quidem culturam habeat. bona tamen omnia si
ne satione & inaratam gignere. multisq; in locis. semel satam
bis terq; fructum reddere: ac primo quod modios quingua
genos: idq; minime renouatam aut ferro profassam vineas in
effossas manere. quinquennijs putari: umbimatu nouellas fruc
tum ferre. adultas tantam reddere. ut pars maxima ī palmi
tibus relinquatur. mira res cum Ptolomeus albaniam in sexto eli

mate ponat. Pecora cum mitia tum agretha pulcherrimos
edere fetus auunt statum hominum pulchram & ma-
gnam esse simplex mortalium genus minimeque caupona-
rium numi usum magna ex parte ignorauerunt: neque nu-
merum ultra centinarium nouere. Comertia inter se mer-
ibus facere: inceterisq; adiutam pertinent inertes exquisi-
torum ponderum ac mensurarum totiusque ciuitatis & agricul-
ture prorsus ignari. Si quando ad bella prodierunt: expe-
diti & armati ut Armenij fuere. Exercitum maiorem e-
mittere consueverunt: quod hiberes. nam peditum ad sexa-
ginta milia equitum ad uiginti duo milia contra Pompeium
magno suo damno armauerunt. Iaculatores sunt & sagitta-
rij clipeos & torcas habentes & quemadmodum hyberii fir-
mas galeas. hos nomades ab exteris defenderunt sicut hybe-
ras & hisdem de causis. Alter uero sepe eos adhonebatur.
nec sinebant agriculturam exercere. Deos albanos solem et
lunam gentili dementia coluere. Lunge templum hyberne
proximum summa religione colebant. cuius sacerdos ho-
noris post regem secundus habebatur & sacris seruis &
sacre regioni preerat: que multa fuit & hominibus ple-
na. Seruorum quidam afflati numine uidebantur & quidam
do diuinare qui plurimum numine correptus fuit diu p-
siluas solus errauit & in sacerdos comprehensum sacra cathe-
na deuinxit ac per annum sumptuose aluit. postea ad for-
fitum deo cum alijs hostijs mactandum perduxit. tunc quod
negotij quidam gnarus sacram hastam tenens qua mos fuit
hominem mactari ex multitudine procedens illam in confer-
ui afflati per latus adegit & cadente seruo quedam diui-
nationis signa captauerunt: atque in comune ptulerunt corporeque
in locum quendam de lato omnes super illud transire. sic e-
nim. multa natio & ademonibus possessa expiari si quid pec-
cati fuerat arbitrabatur. Senectus honore precipuo apud al-
banos fuit: non parentum modo sed etiam reliquorum cum mor-
tuis pecunias defodiebant: nec aliam defunctorum curam

gerbant. Strabo sex & uiginti linguas albanorum fuisse tradit
et totidem aliquando reges. postea ad unius imperium cun-
ta reduisse. terram serpentina quedam lentura gignere & scor-
pios & Araneas quarum quedam ridendo mori cogunt quedam
flendo desiderio suorum quemadmodum. quem admodum de-
tarantulis in calabris rumor est. Caspianam ad albanos perti-
nere auunt eiusdem nominis cum gente caspia que postea
obscurior facta est. ex mare caspium attingit. Ingressus ex
hyberia in Albaniam per Cambisenum patuit regionem asper-
ram & siccam. quous flumine Alazanto pars eius irrigatur
Albani & eorum canes excellentes uenatores fuere. Induo ma-
gisque arte originem eorum ex lasone ductam existimant qui
cum armenio Thesalo in colchos nauigauit & usque ad mare
caspium per hyberiam & Albaniam processit & Armenie
ac hyberie multum peragrauit sicut lasonia & alia com-
plura monumenta testantur. Trogius pompeius Albanorum re-
gionem italicam dicit assertis Albanos herculem ex italia
ab Albano monte cum gerone extinto armenta eius per
italiam duceret secutos fuisse & originis italice memores
exercitum. G. Pompei bello meridanio fratres saluauisse.
Albania sub imperio persarum fuit postea macedonum. deinde
Romanorum. Sed Traianus Imperator his regem dedit. nunc non satis
certum est cui parcant quous sub regno magni canis deperit
credantur ab his albanis omni sunt. quorum pars hodie in polo-
ponezo pars in macedonia sedet: iuxta dirachium quorum
dux est Georgius scanderbei. qui multa per nostram erat in
aduersus Turchos pro christi nomine prelia gessit magna-
nimus & inuictus copiarum dux. In Gothorum exercitu fu-
ere cum illi Grecorum imperium affluerunt. Deinde longe-
mitine affecti tedio in Adriatico litore confederunt. Theopha-
nes qui cum Pompeio militauit & albaniam percurrit inter Alba-
nos & Alazonos habitare gelas & legas dicit & inter hos &
Amazonas Mermandali delabi flumini. Merredonius Scepius
& Ispicartes locorum non ignari ut Strabo refert. Amazonas septem

Albanorum origine

trionem uersus Gargarenlibus finitimis tradiderunt sub
radicibus montium caucasiarum qui ceraunia uocantur cum
quibus & Ptolomeus sentit qui eas ut diximus inter Ras flu
uium & ceraunia iuga collocauit: quauis de ceraunys pau
lulum discordare uidentur. De Amazonibus multi meminerunt
& apud grecos & apud latinis non poete solum qui fabulosa
tractant. Verum etiam hystorici quos auctore recedere turpissimum est
Trogus pompeius iustino teste duos regios iuuenes ex Scythia pul
sos profectorem optimatum iuuentutem ingentem usque in cappa
dociam & amnem termodontam subiectosque Themiscire campos
secum traxisse affirmat ibique per multos annos finitimos spoliare
assuetos postremo conspiratione populorum trucidatos. Sed uxores
cum uidissent exilio suo additam oribatam arma sumpsisse finesque
suos sumouentes primo: mox etiam inferentes bella defendisse nu
bendi que uicinis animum omisissent. seruitutem non matrimonio ap
pellantes. & ne feliciores alijs alie uiderentur uiros qui domi rema
serant interfecisse ultione cesorum coniugum excidio finitimorum
consecutas. de inde pace armis quesita. ne genus interiret cum cir
cumstantibus populis concubitu inuisset: si qui mares nasceren
tur interficientes: feminas non otio aut lanificio sed armis & equis
& uenationibus exercentes: multis infantium dexteribus manus
ne sagittarum iactus impedirentur. Unde amazones dicte sunt.
Dual quoque his reginas fuisse. Marchesiam & Lampe donec que ui
cibus bella gererent. & se tante gentis predicarent: aquibus ma
gna pars europe subacta sit & Asia multe ciuitates occupate ubi
ephesum & alias plerasque urbes. Sed cum partem exercitus domum
dimisissent reliquas que ad tuendum Asia imperium reman
serant concursu barbarorum cum Regina Marchesia interfecit in
cuius locum filia orithia successit cui preter singularem belli
scientiam eximia in omne eorum uirginitatis admiratio fuerit.
Herculem cui imperatum erat ut arma regine amazonum ad re
gem deferret tanquam impossibile id esset eo profectum longis nouem
nauiibus comitante principum grece iuuentute inopinantes ag
gressum uoti compotem factum: Dual tunc sorores regnum tenu

De amazonibus

ad hunc

isse Anthiopem & Orithiam. que foris bellum gerebat cum
Hercule ad litus Amazonum applicauit. Que domi man
serant repentino tumultu excitatas arma sumpsisse. Sed fa
cilem uictoriam hostibus dedisse. multas cesas captasque fuisse
& in his duas anthiope sorores. Menalippem & Hypolipem. The
seum captiuam Hyppolipem uxorem duxisse ex qua genuit Hip
pollitum qui nouerit fraude periit. Herculem menalippem
captiuam sorori reddidisse. & pretium arma regine accepisse
se: atque ita functum imperio ad regem rediisse. Sed Orithiam
ubi comperit sorori bellum illatum & raptorem fuisse Athe
nensium principem hortatam inultionem comites au
xilium a Sigilo Scytharum rege petisse ex cuius genere orta
esset. ab illo filium Panaxagorum auxilio missum. Sed an
te prelium dissensione orta. ab auxilijs desertis bello ab Athe
nensibus uictas fuisse receptaculum tantum habuisse cas
tra sotorum quorum auxilio incipit ab alijs gentibus in regnum
redierunt. Pantasileam. cuius Troiano bello magna uirtu
tis documenta extiterint: qua interfecta & absumpto eius
exercitu paucas que domi remanserant egre se aduersus
finitimos defendisse usque ad Alexandri magni tempora cum
Thalestris ante diximus ad eum in hircaniam uenit. Hec
Trogus de Amazonibus sed que Diodorus de his scribit
non incongrue referendum est. sic enim duorum auctorum
qui magni habentur quanta sit uel concordia uel discordia
cognoscemus. Diodorus penes Termodontam fluiuium pri
mo gentem Amazonum fuisse ostendit. que uiris similes
corporeis uiribus & bellicis artibus prestarent earum re
ginam exercitu mulierum coacto non nullas uicinas gentes
expugnasse filiamque genuisse quam martis filiam appella
uerit. Viros ad texturam & muliebria exercitia deputas
se. lege edita ut sole femine in re militari erudirentur:
uiris interdicta essent arma. manibus qui ex eis nasceren
tur quo bello inutiles forent crura & brachia debilitasse:
feminis dextram inuixisse mamam. a regina urbem precla

post orithiam regno po
titam fuisse

ram in hostio Themodontis fuisse conditam & Themisciram appellatam. atq; in eam insignem regiam magno splendore erectam. Ab hac propinqua gentes usq; ad Thanaim fluvium domitas fuisse. cui in pugna cadenti filia successerit matre prestantior. que ultra Thanaim exercitu traducto omnes eius ore gentes ad traciam usq; deuicerit. domūq; reuerſa. magnifica deis templa construxit & ad alteram fluminis partem uersis armis asiam usq; assiriā bello subegerit. Multis post seculis uulgata Amazonum per omnem orbem uirtute herculi Semeles ac iouis filio ab eunſto mandatum fuisse ut ypollite Amazonis baltheum ad se deferret herculem illato bello acieq; profligatis Amazonibus uictam ypollitam cum baltheo cepisse quo prello amazonum regnum ceciderit. Siquidem barbare gentes contempto earū nomine. & iniuriarū memores adeo Amazonas continuis bellis contriuerunt ut ipsarū nomen & genus extingueretur quāuis paulo post herculi expeditionem Pantasilea Troiano bello ab Achille interfecta fuerit. Quibus in rebus quantum a Trogo differat Diodorus diligens lector facile metietur. Ephorus Amazonas inter Misiā Caniam ac Iudiam prope Cumam patriam suam habuisse sedes arbitratur. Forsitan aliquādo ibi habitauerunt ubi ephesum. Smyrnam. Cumam et Magnesoam condidere. Sed colubus & sonibus postea cessere cum quibus ante troianum bellum Priamus in ſortie tate ionum belligerauerit ut homerus affirmat. Sunt q; Gargarenses cum Amazonibus & Themiscim in ultionē Scythiam migrasse ferunt. postea ab illis discissos cū Tracibus & cuboibus quibusdam errabundis ad uersus eas bellum gessisse. Quo composito his inter se conditionib; conuenisse ut in filiorum prole communicarent uiuerēt autem utriq; seperatim. Amazonum alias. his intentas fuisse que ad rationem infitionemq; pertinebant. alias equorū. venationum ac bellox curam gessisse. arcu. securi

& pelta utentes. galeas & subligacula & alia operimenta e ferarū pellibus confecisse. duos his annis menses fuisse sacros quibus montem proximum conscendebant. qui eas a Gargarensibus disiungit quo & illi more quodam per uenusto conuenientes sacrificabant et prolis gratia cum mulieribus corbant. idq; obscure & inter tenebras in qualescūq; incidere. Que si feminam peperissent apud se retinebāt. Si mares Gargarensibus tollendos reddebant. Unde propter ignorantiam ualde se inuicem diligebant cum quolibet affinem sibi quamlibet existimaret. Strabo de Amazonibus non satis certam sententiam fert. & quod Thalestris regina prolis gratia cum Alexandro i yrcania promixta fuerit inter eum dicit. & rex scriptores inter se discordare. nec fide dignum esse chitarchum qui Thalestrim scribit a Caspijs potis & Termodonte profectam ad Alexandrum uenisse cum caspie porte supra sex milia stadiorū distent a Termodonte. Nec uerisimile censet uel exercitum uel ciuitatem uel gentem unq; ex solis mulieribus constituisse. que sua custodierint & aliena inuaserint. Vicinisq; subactis usq; in ſeniam processerint. & exercitum transpontum in Adicam miserint. quod perinde sit ac si quis dicat uiros tunc mulieres fuisse. & mulieres uiros suo autem tempore paucos fuisse. qui tradunt ubi Amazones essent. & id quidem sine demonstratione nobis non impossibile uidetur. quod prius scriptores de Amazonibus tradiderunt. qui & in Boemia tenuisse feminas principum legimus. & in hungaria Regnam mariam uiriter imperasse. Que non Regnam sed Regem se appellauit in Regno Neapolitano duas Iohannas rex potis fecimus. q; altera nostra etate altera paulo ante res magnas gessit. Sed puella francie de qua suo loco dicemus non parum dubietatis aufert cuius dūdu sepe angloz copie nostro euo profligate fuerunt. Sub Claudio imperatore secundo qui de Gotis magnificentissime triumphauit. decem mulieres antecurum ducte fuerunt. que in bello capte uirilem habitum

gestabant & Amazonum genus esse putabantur. Nunc de his apud nos nulla cognitio apud nos est: nec affirmare tam uetusta neque negare uidemus: nec miramur antiquissimarum rerum scriptores inter se discordare: quando nec nouissima uno modo referuntur. Ex his quae praesentis scribunt illud constare uidetur. Amazonas primo Themiscyram & subiectos Termodonti caepos & iminentes montes coluisse: postea inde pulsas in Scythiam migrasse: Vnde illarum erat origo: atque id asserere Trogus uidetur qui albanis uicinas Amazonas dicit. ex talestri reginam inde ad Alexandrum uenisse putat in hyrcaniam. Mermidonas annis ut Straboni uidetur e montibus descendens per Amazonum regionem & Sytacenam & loca inter media quae deserta sunt in meotim emittit quod multum est Ptolomeo aduersum. qui aquas per Amazonum agros fluentes in Ras fluium & hyrcanum pelagus decurrere quodammodo indicare uidetur: nisi montes aliqui ex Amazonibus in occidentem declinent. ex quibus Mermidonas ortus longissimo cursu meotim perquirat: non nulli qui nostro tempore orbem figurauerunt Amazonas Insulam habitasse designant quam fluius efficit quem edil appellant. hunc esse ras arbitramur cuius supra meminimus.

Hyberia post albanos ad occidentem occurrit cui ad septentrionem nomades adstant & caucasij montis Accole: ad meridiem armenia est ad occidentem colchis. Tota regio caucasij montibus circumdatur: nam cubiti quidam fertiles ad meridiem procurrunt: qui uniuersam hyberiam comprehendentes sese ad armeniam & colchidem coniungunt. palmitum in medio relinquunt: fluminibus irriguam praesertim cyro: qui ortum ex Armenia trahens planitiem ipsam ingreditur & Aragam amnem a caucaso defluentem atque alias aquas in se recipiens per angustam fluminis regionem euadit in albamiam. Inter quam & armeniam multus in latus per uberes campos cum pluribus fluminibus auctus e quibus Alazonius & alia tria nauigabilia sunt in mare caspium erumpit. Quatuor

aditus in hyberiam ducunt ad modum difficiles. ex colchide per medios Sarapanos itur & angustas montis per quas phasis excurrit: centum & uiginti pontibus transmeandus. hic amnis propter flexiones asper ^{aque} uolentius exhibere incolchide fertur. couallium torrentibus multo imbri ad auctus. & propter imminentes montes arctus quod plurimis impletur fontibus. In campos autem delatus alia & alia in se recipit flumina e quibus est glaucus & Hippus. quibus auctus ac nauigabilis factus exit impontum. Secus eum urbs iacuit eiusdem nominis & lacus non procul. Aditus igitur ex colchide in hyberiam huiusmodi est: peritis munitionibus fluminibus & couallibus clausis nec minus difficilis ex Nomadibus patet septentrionem uersus: trium dierum itinere: de inde angusta regio circa flumen Aragam dierum quatuor cuius finem murus inexpugnabilis munit. ex Albania primo ingressus est per petram excisam: de hinc per stagnum quod amnis efficit cadens ex caucaso ex armenia per Angustas itur quae secus Cyrum sunt atque Aragam qui priusque inuicem concurrant duas urbes natura munitas abierunt. quae saxis impositae sexdecim inter se stadiis aberant propter Cyrum armozicam: propter aragam seusamoram. Pompeius ex Armenia mouens hoc itinere usus est & post eum Canidius. Hyberiae campos agricola habitant homines ad pacem intenti Armenico & Medico cultu montanarum regionem pars eorum Maxima ac bellicosa Scytharum more uiuentes. quorum cognati sunt & contermini. Agricultura tamen exercent: et cum tumultus ingruerit multa ex se atque nomadibus hominum milia contrahunt fuitque hyberia maxima ex parte urbi & habitatoribus plena & tecta fidelia habuit & fabrefactas edificationum structuras & fora & publica ornamenta: & ad sextum clima pertinet sicut Albania. Quatuor olim genera hominum apud hyberas fuere primum ex quo reges duo deligebantur: alter qui propinquitate & etate antecederet: alter qui uira da

phasis

Aragum flume

ret & exercitum duceret. Secundum sacerdotum qui iura finitimorum curarent. Tertium militum & agricolarum quartum uulgi. quod regibus seruiebat & omnia que ad uitam pertinent ministrabat. His omnia per se familiaria erant communia. rem tam tenebat qui senior erat.

*quodammodum hyberis christi
tu colere cepit*
Magnus Pompeius hyberiam romano imperio subiecit. quod sub Constantino cesare Helene filio uerbi dei federa. & fidem futuri regni suscepit. Mulier captiua tanti boni causam prestitit. que cum uitam pudicam duceret. & dies ac noctes in oratione consumeret ad mirationem barbaris fuit. quibus sollicitantibus. cur tantopere se affligeret. ita se suum deum colere respondit. qui cunctis esset. Nihil ex hoc amplius ad mirati barbari quod nouitate nominis. mulierculam in honore habuerunt. mos gentis erat paruulos cum egrotarent per uicinas domos amantibus circumferri. remedia exquirentibus. Mater quedam cum puerum aliquamdiu circumtulisset. nec salutare quicquam inuenisset captiuam adiens eius opem petiit. Illa se humani nihil scire testata est. Sed deum quem coleret christum desperatam ab hominibus salutem posse conferre paruulumque celicio suo super imponens et orationem ad deum fundens. sanum matris reddidit. Impleuit urbem facti rumor. & ad reginam per lapsus est que dolore quodam afflicta ad captiuam se ferri curauit. cum illa regiam domum ingredi recusasset reddita est regina sanitati. atque inammonita ut in christum crederet & eum coleret qui salutem prebuisset. Rogauit regina uirum ut christianus efficeretur. quod quamquam ille promississet. seignis tamen erat nec sepe ab uxore comonitus baptizari curabat non tam fidei hostis quam dubius. Contigit eum in altissimas siluas ire uenatam. quo cum peruenisset cohors subita tepestata. ita tenebre cuncta operuere ut nec ipse comites cerneret. nec cernaretur ab illis. ignarus quid ageret promissionis conuungi facte recordatus est christumque

rogauit ut si deus esset. ex tantis se periculis eriperet. nec mora dies reddita mundo est. & rex ad urbem incolumis productus. qui regione que gesta erant miraculi loco exposuit. uocatur captiua. auditur consilium eius. illa reuocanda idola & christum colendum dicit. eique supplicandum & basilicam faciendam. conuocato populo rex euangelium predicat & non dum sacris initiatus fit sue gentis apostolus. Credunt uiri per regem. Femine per reginam. construitur ecclesia magni operis. & eleuato pertinaciter murorum ambitu columnae collocantur. sed prima ac secunda erecta tertia multis machinis engi potest. nullisque uiribus cum ad noctem usque laboratum esset. recedentibus omnibus sola captiua apud ecclesiam in oratione perseverat. Postera die prima luce. redeunte populo columna reperta est supra basim in aere suspensa. quantum esset unius pedis spatium. Magnificauerunt omnes deum ueramque captiue fidem recognouerunt. quibus mirantibus ac stupentibus sensim supra basim suam nullo contingente deposita est. & summa cum libratione desedit. mox reliquae columnae magna facilitate erectae & collocatae sunt. Perfecta ecclesia & populi fide confirmata. suadente captiua. totius gentis legatio ad imperatorem Constantinum mittitur. res gesta exponitur. & sacerdotes petuntur. qui ceptum erga se munus impleant. Ferunt Constantinum non minus hoc nuntio letatum quam si gentes romano imperio cognitas & ignota regnauissent. hyberis iocundissimo uultu satisfecisse. Ruphinus in ecclesiastica hystoria hec sibi narrasse. Bacurium ipsius gentis regem affirmat uirum fidelissimum cum Hierosolymis secum humaniter degeret. ueri periculum ad eum referendum est. Hyberas hodie Georgianos appellant. quorum legatio ad nos uenit. cum ex mantua romam redisset. Colunt & hi hodie christum quamuis procul ab apostolica sede ueritatis magistra & barbaris circumfusi gentibus non omnem euangelij puritatem seruant. Colchis

ut placere ptolomeo uidemus monte coraxe a septentrione clausa est. quem caucasi partem esse ostendit & Nomades excludere ab orienti hyberia: a meridie Phasi flumine & Armenie montibus. ab occidenti euxino ponto: in quem hippu fluiuium cadere arbitrat. & inter eius hostium & amnem phasim duo flumina decurrere: in pelagus cariustum et ianeum & post hippum ultra Dioscarnadem septentrionem uersus coraxem fluiuium in idem mari exonerari. qui ex monte sui nominis oriatur. Strabo uero hyppum cadere in Phasim asserit & colchidem magna ex parte ad mare protensam phasim irrigare ingentem fluiuium. qui ortus in armenia Glauco & hippo: se receptis usq; ad Saraphanos nauigetur: ex inde pedestri itinere curribus uectos quatrinduo in cyrum proficisci. ad phasim urbem iacere eiusdem nominis colchorum emporium: quod ex alia parte amni procingit ex alia lacu. ex alia mari hinc biduo triduo uel amissum sinopemq; nauigari. Litora hec & fluminis hostia amenissima esse: regionem fructibus ex omnibus que ad fabricandas naues pertinent habundare: Mel tamen frequentius amarum esse. linum canabem: ceram & picem gignere: linifitium uulgatum & multum in peregrina exportari loca: propter quod cognationem inter colchos & egiptios esse quidam uoluerint. Plinius ueronensis animal ceruo simile barba tantum & armorum uillo distans iuxta phasim amnem & non alibi nasci affirmat: quod tragelaphon uocant. Secus phasim leucothee sanum fuisse: quod phryxus condiderit: atq; illius oraculum ubi aries non mactabatur id olim diues habitum: de inde apharnace & paulo post a Methindate pergameno direptum. Nam lesa regione etiam diuina patiuntur: nec coli possunt ut empides inquit. Vana garulitas que religionem pauperibus aufert. Deus & inopum & diuitum pater est: neq; aliud ab homine quam uoluntatem requirit. Quantam olim colchis clauitatem habuerit fabule declarat iasonis exitum in nuentes. qui ad Medos usq; processit. ac prius etiam phryxi expeditionem postea cum

mel amarum

reges succederent & regionem haberent in prouincias diuisam mediocriter agebant. Cum uero Mithridatis Eupatoris potentia uehementer esset ad audiam tota ei regio pariter aquo semper aliquis ex amicis regionis prefectus & ad ministrator mittebatur. Strabo refert Moaphernem matris sue patrium Colchidis administrationem fuisse. Sed Mithridate sublato regionem omnem que sub eo erat euerfam & multis distributam. Polemonem postremo colchidem habuisse: atq; eo mortuo coniugem eius pithodori que & colchorum & Trapezuntis & pharnacie & ulterius Barbarorum regnum tenuit. Strabo existimat montem caucalum pontico mari & caspio imminere: hyssumq; trunire inter iacentem hiberiam quoq; & albaniam ab eodem monte determinari. Qui sarmatas ad septentrionem dimittit. Ptolomeus quoq; caucasia uiga inter hiberas & colchos procurrere arbitrat. & ab utrisq; gentibus disiungere Sarmatas Eratosthenes eundem esse caucalum & Caspium existimauit & ab eo quasi cubitos quosdam ad meridiem procurrere: qui completet hiberiam armenis & Moscis montibus coniungantur. Scodis se quoq; & Panadri. Idemq; sentire Ptolomeus uidetur: & hos esse tauri partes qui australe Armenie lacus efficit et ab eo quodammodo abruptas septentrionem uersus usq; ad caucalum & Marittimam Euxini oram procurrere que a colchide itemiscram tendit. Dioscurnasque & Sebastopolis aptolomeo uacata est. Sicut Straboni placet orientalissimum totius euxini pelagi signum obtinet & extrema nauigatio appellabatur. Vnde illud quod in prouerbio dicitur in phasim ubi cursus canis ultimus sic intelligendum est non quod poeta quod Iambicum fecit de flumine dicat nec de urbe eiusdem nominis que ad flumen iacet. Sed de tota colchide. Nam de phasi usq; ad ultimum dioscurnadis recessum sexcenta esse stadia putant & Dioscurnadem initium hyssum tenere qui duo inter maria eminet. Ptolomeus uero Iambicum intellexit ad uerbum & intimum euxini sinum ad orientem in Phasis hostio terminauit: ibiq; hyssum incipere ostendit. Dioscurnidem uero septentrionalem ponti ripam tenere non procul

ab anne coaxe. Dixerunt aliqui qui res pax animaduer-
tunt septuaginta & quibus minor ueri cura fuit trecen-
tas gentes apud Dioscoriadem conuenire solitas omnes di-
uersarum linguarum propterea quod sparsim & in pmissis ob-
asperitatem atque intractabilitatem habitent quarum pleraque
pars Sarmate sint. Vniuersae tamen caucasiae. Inter quas phri-
rophagorum natio fuit cui nomen a sordibus datum est qui-
bus proximis Soanes esse Strabo putauit: nihil fama melio-
res quam uis robore prestarent. Vicinisque gentibus dominarentur
eosque caucasi extrema obtinere que imminet. Dioscoriadi
Ptolomeus soanam fluuium quendam memorat qui ex cau-
caso cadit in hircanum pelagus a quo Soanes dici potue-
runt. Sed hi Albanorum extrema uersus septentrionem colerent
hi quos Strabo nominat Colchicis imminebant qui ad euixinum
pertinent. Ferunt his regem fuisse: & trecentorum uirorum colle-
gium & quamuis inordinatam gentem bellicosa tamen du-
centa hominum milia in exercitum cogere consueisse. Tor-
rentes apud eos aurum detulisse quod perforatis tabulis
ac lanolis pellibus excipiebant: atque hinc aurati uelleris co-
fictam fabulam. & fortasse hiberes his contermini eodem
nomine uocantur quo occidentales ab auro quod apud utrosque
inuenitur Soanes veneno ad spicula mirifice utebantur.
Cui tanta uis fuit ut etiam odore ad modum lederet. Reli-
que gentes que circa caucasum iacere tenuem habuisse
regionem feruntur. Moscos montes partim colchi habue-
re partim hiberes atque Armenii. n. Policium quod phrixus
in hiberia condidit Idessa postea dicta est. locus optime mu-
nitus: altissimi ueri caucasi partes ad austrum uerse. que
Albaniam hiberiam & colcos & Henicos respiciunt ab his
habitabantur quos apud Dioscoriden conuenisse relatum est.
nam salis gratia frequentius conueniebant. horum alij mon-
tium tenuere cacumina: alij in collibus habitauere. feri-
na carne & lacte uiuentes. montium uertices hyeme sunt
inaccessibiles: estate caligat bubulas in tympani modum latas

unde fabula uelleris auri
ti habuit origine

calceati per glaciem ac niuem ascendunt barbari & cum
onenibus super pelle delapsis descendunt ad montis ima de-
scendenti regio septentrionalior occurrit mitior tamen que
Syracorum iungitur campis. Insunt etiam Troglodite quidam
qui propter frigora habitant in cauernis & pane habundant.
post eos cheanite reperiuntur & poliphagi & aliorum quorundam
uici agriculturę patientes deinceps Nomades inueniuntur
Paxani & Nabiani qui inter Meotum caspiumque habitant
Mox Syracorum Aororumque nationes quas superiorum aororum exu-
les fuisse putant magis ad septentrionem expositas. Abeacus
Syracorum rex dum pharnaces bosporum haberet equitum misit
uiginti milia. Spadines rex Aororum totidem superiores aoris plu-
ra cum terre plus haberent & maxima ex parte ore Caspie
imperitarent. unde camelis iter agentes indicas & babilonias
merces ab armenijs medisque accipiebant atque propter opulentiam
auro adorabantur Strabo Aororum Thanaum accoluisse tradit.
Syraces achardeum annem qui ex caucaso fluens emittit in
Meotum. Ptolomeus Aororum in hac plaga nullum meminit. Syra-
cenorum mentionem facit quos ultra hippicum montem prope
Ras fluuium iacere ostendit. Sed mutatis temporibus gen-
tes quoque situs & nomina mutant. Thanaus ut ante diximus
Europe atque Asia terminus est ferturque a septentrione Nilo
contrarius paulo tamen orientalis originem eius incertam
aliqui putant. Ptolomeus ex montibus ripheis prodire ar-
bitratur qui magis australes sunt quam hyperborei. Nos homi-
nem allocuti sumus uerona oriundum qui per poloniam
& lituaniam ad fontes Thanaus peruenisse se affirmauit
eosque transcendisse. & omnem illam barbariem borealem
per scrutatum. is aiebat paludem esse non admodum ma-
gnam ex qua Thanaus nasceretur qui duobus hostijs Meo-
tum ingreditur: que stadiis inter se circiter septuaginta dis-
tant feruntur. Theophanes Mithilenius ex caucasis montibus
oriri Thanaum existimauit & in septentrionem diu curre-
re. Postea conuersum ad meridiem in meotum emittere

Syraces

42
ferunt Grecos qui bosphorum habuere ad flumen Tanaim vrbe
condidisse quam postea pollemo Rex de populatus est cum mi-
nus obtemperaret comune in ea Emporium erat Nomadum
asie atq; Europe & eorum qui ab ossero lacum nauigabant &
alii mancipia pelles & si quid aliud Nomadicum est uehe-
bant alij uestem uinum & cetera qui mitis uite sunt propria
onerabant. Nunc his locis propinquum est Venetorum castellum
quod Tanaim uocant Unde & Nobilissime pelles feruntur &
mancipia que a scythis emunt quos appellant Carcasos in
meotide insulam memorant Aleopetiam qui mixtorum hominum
domicilium fuit stadiis centum aueteri Emporio distans
ab ossero Thanais quod magis orientale est ad sinistram terrestri
itinere pergenti post octingenta stadia magnus Rhombites oc-
currit ubi piscatio multa & conditure apta. Pari deinde
intervallo minor Rhombites se offert non adeo piscibus ha-
bundans Ptolomeus Rhombitem maiorem & minorem duo
flumina esse dixit. Strabo promontoria significare uidetur
qui populos ab eis Rhombitanos nominari asserit & maiores
insulas habere stationibus plenas minores operarios esse. &
omnes uocari Meotas non minusq; nomades bellicosos & in-
gentes plurimas diuisos quorum qui Tanaim accolerent agres-
siores essent qui bosphoranis cohererent mitiorem uitam age-
rent. a minore Rhombite in antiochiam flumen & Tira-
bem stadia esse sexcenta dixerunt hinc inuicem cimbri-
cum centum & uiginti unde soluebant qui lacum nau-
gabant ex quo fit ut longitudo Meotis per trecenta fere mi-
liaria esse uideatur ab ossero cymenico usq; in hostium Tha-
naïs. Cymenicum urbs incheroneso orientali fuit que fos-
sa & aggere hystrinum claudebat nam cymenij potentiam
olim maximam in bosphoro habuere a quibus Cymenicus ap-
pellatus est. si a ponti dextera mediterraneam regionem
habitantes usq; in ioniam ex euebant. Sed asathis ex his
sedibus pulsi sunt Scythae a Grecis qui panthicaeum & ali-
as in bosphoro urbes habitauere a cymenico usq; in uicum ac-

43
hilleum stadia uiginti numerabantur Templum hic Achillis
fuit iuxta quod angustissimum hostij meotidis fretum ad sta-
dia uiginti ut paulo plura patet hinc ad sitri monumentum
stadia nonaginta esse dixerunt. Id fuit in promontorio quodam
positum hominis in bosphoro clarissimi ac potentissimi cui pro-
ximus fuit uicus Patricus aquo usq; in corocondamen stadia
excursunt centum & triginta atq; ibi finis est bosphori qui
cymenicus appellatur cuius longitudo stadiis est ducent-
orum & uiginti in cuius initio imparte Asia Achilleum fuit in
parte Europe Mirmetium uersus Meotim uersus euxinum
in Asia corocondama in Europa uicus nomine Acra panthi-
capensis agri. que duo loca septuaginta stadia inter se dista-
bant hucusq; glacies pertendit cum riget hyems. Meotide
adeo frigore concreta ut pedibus permectur. In his an-
gustis multi fuere portus & supra corocondam lacus
corocondamensis appellatus qui decem stadiis a uico emit-
tebat in mari pars Antioche fluminis ab rupâ lacum in-
fluens insulam efficiebat. que hoc lacu & Meotide &
flumine undiq; abluiebatur & Mari antiochiam nonnulli
hypanum uocauerunt quemadmodum & flumini boris-
teni proximum. Ultra hunc lacum nauiganti uersus ori-
entem Phanagoria olim occurrit ciuitas memorata digna
& cepi & hermonassa & Apaturum ueneris sanum Phana-
goria & cepi insula fuere quicunq; olim bosphori potenti-
bus obediebant bosphorani appellabantur & alij Asiam a-
lij Europei horum metropolis panthicaeum fuit Asianorum sa-
narium sic enim postea Phanagoria est appellata earum
rerum Emporium que ex Meotide & ulteriore barbarorum
regione importantur earum uero que mari ad uehuntur
Panthicaeum in Phanagoria templum fuisse insigne
tradunt ueneris Apaturie fabulam afferentes quod cum
Gigantes uenerem adorirentur illa hercule inuocato ta-
diu in latebris quibusdam lantauerit donec gigantes
sigillatim ex dolo excipientes occidendos exhiberet her-

phanagoria

culi nulla enim mulier tam sui corporis prodiga est ut
uim libenter admitat. & sepe dys potentia subcumbit. In-
ter panagoram & Gorgophiam quingentorum stadiorum spatium
ponunt quod Aspurgitani habitauerunt & ipsi Meote quos
cum polemo Rex simulata amicitia ad honetur nec id eos
lateret sed contra ex instructi exirent captus interemptusque
est penasque cogitati sceleris dedit. Bosporanorum duces ad Tha-
nam usque imperium protulerunt presertim pharnaces Cassan-
der & polemo regionem a freto usque Gorgophiam syndicam
apellauere post Gorgophiam Achei Zogori & Hemchi se-
cuntur montana & importuosa colentes loca que caucasi
partes sunt His uita ex maritimis latrocinis fuit Lem-
bos exiles ac leues habentes hominum uiginti quinque ca-
paces. Fama est Phibiocae Acheos ex laconis exercitu A-
chaiam hanc habitasse Laconas uero Hemochiam quorum
duces Rechas & Amphisastrus fuerint Castoris & pollu-
cis aurige hi mari dominabantur more piratarum preda
bosporanis uendentes & ab eis comeatum accipientes. Lem-
bos humeris impositos insilius cum mare nauigare non po-
terat occulentes & tenuit solum arantes. Vicini prin-
cipes eorum iniurias ulciscabantur. Sed romanorum subditi
propter negligentiam prefectorum sepe multi fuerunt He-
mochi quatuor reges habuere cum Methindates eupa-
ter epaterno regno fugiens bosporanorum regionem per-
meauit. Que quidem ipsi peruia fuit. Zigorum uero ter-
ram propter locorum difficultatem atque asperitatem acce-
dere diffusis egre maritima ora profectus est sepe ma-
re ingressus. quousque in Acheorum agrum puenit quibus
adiutoribus iter ex phaside consummauit ad quatuor fe-
re milia stadiorum. hanc Zigorum appellati insignes fures
& inter nostros homines Nomadum more uidentes a co-
reodame orientem uersus recta nauigatio est ad stadia
centum & octuaginta ubi syndicus portus & ciuitas
cuius meminit Ptolomeus de hinc ad quadringenta

Zigorum terra

terram eam esse arbitramur
ex qua possit exierint q
mra etate cu liberis et u
xoribus europam puaga
tur Zigari

stadia sunt ea que Bacha nominantur uetus & portus
ubi sinope austrum uersus hinc ore plurimum uidetur oppo-
ni Ptolomeus hic annem Plynium ingredi mare arbitrat &
hic Acheos esse. Strabo Arthemidorum secutus ceretarium oram es-
se tradit octingentorum & quinquaginta fere stadiorum que statio-
nes & uicos habeat. de hinc Acheorum regionem stadiorum quingen-
torum postea hemocorum mille de hinc pithuuntem trecentorum fe-
re ac sexaginta usque huc stadia complectitur tria milia centum
& quinquaginta. qui methindatica conscripserunt ut Strabo
refert prius Acheos posuere de inde Zigos mox enicos post cer-
etas & molcos & colcos & phthiophagos qui ultra hos habita-
uerunt Thoonas & alios circa caucasum paruas gentes que au-
stralia caucasi occupant loca. Euxinque ponti septentrionale
latius. Ultra caucasum usque ad oceanum innumerabiles sa-
cent gentes. quas ab occidenti Thanaus claudit. ab orienti ut
Ptolomeo placet Ras fluminis ut Straboni Plinio & mul-
tis alijs longissimus Caspij maris sinus. Omnes qui hanc
terram incolunt Scytharum nomine continentur quos Ptolomeus
sarmatas appellat quos bifariam partiti sunt. & alios Asianos
uocat a Tanai usque ad flumen ras alios europeos qui germani-
am inter & Tanaim iacent. Scythas uero ultra Tanaim mo-
tem collocat ut a nobis ante relatum est. Scriptores alij
scytharum nomen multo maius efficiunt quos a Germani-
co limite usque ad ipsos seras & orientale pelagus occupa-
re arbitrantur & sicut habitabilis terra australia ethiopibus
tradiderunt pari modo septentrionalia Scythibus quos cum
sarmatis confuderunt Diodorus Scytharum gentem apud Ara-
xim flumen originem habuisse putat paruumque abini-
tio nationem fuisse & modice terre culticem ac propter
ignobilitatem auicinis contemptam. nactamque deinde
regem quemdam bellicosum & militari uirtute precipuum
agros amplasse montanos quidem usque ad caucasum cam-
pestres uero usque ad oceanum & Meotidem flumenque Ta-
naum. Fabulam quoque adducit natam apud Scythas exte-

usque discursus de tota
nauigatio a coreodame

ra uirginem umbilicotenis hominis forma reliqua uipare-
que puerum genuerit nomine Scytham qui omnibus an-
te clarissimis euadens nomen ex se populis uocabulum indi-
derit inter cuius posteros duo fratres extiterunt summa uirtu-
te alter Pluto alter Napis appellatus qui magnis rebus
gestis regno inter se diuiso alteros populos plutones alteros
Napis uocitauerunt quorum progenies regiones ultra Tanaim
usque ad Traciam subegerit. Versusque deinde in alteram partem
armis ad Nilum egypti peruenient. redactis impotestatem om-
nibus qui inter medice erant gentibus. & usque ad orientis oc-
ceanum & mare caspium imperium protenderit multosque
reges habuerit memoria dignos. Scytharum autem populos
alios sacas alios Massagetas. Alios arimaspos. alios alio no-
mine uocari dicit. Coloniasque plures ab eis deductas fuisse
sed duas maximas unam ex assiris inter paphlagoniam
ac pontum alteram ex medis pone Tanaim flumen cui
populum Sauromatas appellauerunt qui multis post an-
nis imperio late diffuso magna ex parte uastata scythia
eam penitus desertam cultoribus reddiderunt. Trogus pom-
peius Scythas cum egyptiis de generis uetustate conten-
disse dicit. eisque datam palmam tanquam loco editionis natis
Parthos & Batrianos eorum sobolem esse. Scythiam ab uno
latere ponto. ab altero Ripheis montibus. attingit Asia &
Phasi flumine clausam multum in longitudinem & la-
titudinem patere hominibus inter se nullos fines ne-
que tecta aut certas sedes armenta & pecora semper pa-
scuntibus & pinguetate solitudines errare solitis uisita-
genti ingenuis non legibus cultam. Furtum inter eos
grauissime uindicari ac argentum & aurum pariter
aspernari ac exteri mortales appetunt. Lacte & melle
uesci. ferarum pellibus uestiri. Durum Regem persarum ab
his turpi fuga sub motum cyrum cum omni exerci-
tu a regina eorum trucidatum. Alexandri magni ducem
Sophinona pari ratione cum copiis uniuersis deletum

Scythia

Vesoum regem egyptiorum exercitu cum omni apparatu bel-
li relicto repulsum ac fugatum. Scythas ab egypto palu-
des prohibuisse qui reuersi. Asiam domuerunt. uedigalem
que fecerint ac per mille & quingentos annos tenuerint
usque ad Ninum Regem assirorum romanorum arma audie-
runt magisque senserint. pulchre Trogus sed arbitramur
Grecos cum aliquos secutum quibus mos est omnia in
maius extollere. Scytharum natio barbara est nec iusti nec
recti tenax. fedissima apud eos uita. religionum mille-
modi Idola & serpentes colunt. in libidinem profusi.
aurum non concupierunt donec fuit ignotum ubi splen-
dorem eius conspicati sunt nihil non auri causa patraue-
re & propter regnum sepe pericidia committere neque inter
se iusti. neque cum alijs ueraces cui plus iurium est huic
& iuris magis. potentie omnia cedunt. Nec Romani
eos intactos reliquerunt. Neque Greci Alexander ultra Iasartem
fluvium eos cecidit. Successores eius plurimis cladibus Scy-
thas affecerunt. Gnaeus Pompeius magnos Scytharum exercitus
fudit qui mithridati penam tulerunt in septemtrionem sciti
cum iter tanquam in mari stellis secutus & omnis Albania atque
hyberia ab eo domita est Regem colcorum orodem. positus sub
ipso caucasi castris iussit in plana descendere quarum prouin-
ciarum & si greca origo fuit in scytharum tamen mores populi de-
clinauerant. Imperante claudio Mithridates bosporanus a-
missis opibus uagus postquam didum Romanum ducem ac
robur exercitus abiisse cognouit spreto chothi iuuenis ac
nudi & nouo rege cum julio aquila equite romano natio-
nes sibi allexit & perfugas & coacto exercitu regem Danda-
ridarum ex turbauit & imperio eius potius festinauit in bos-
porum. Aquila & cothis quia Iorsines Seracorum rex hostilia resu-
perat ad eunonem qui ad rosorum genti precebat legatos mi-
serat. eumque sibi consotauerunt pelle tur hostis uenitque So-
ram dandance oppidum quod desertum a Mithridate presi-
dio muniuit ex in Seracos pergunt & transgressi annem pan-

dam circumueniunt urbem huiusmodi eamque excidunt forsi-
 nes rex seracorum diu pensitato Mithridati ne rebus extremis
 an patrio regno gesseret postquam preualuit gentilis utilitas da-
 tis obsidibus apud effugiem cesaris procubuit magna gloria
 exercitus romani quem inuictum & uictorem tridui itinere
 abfuisse ab amne Thanai constitit Mithridates nullo in armis
 subsidio fratrem cothum proditorem atque hostem metuens ad
 eunonem confugit qui cum impetrata tantum uita ad clau-
 dium misit. Multi preterea imperatores & apud urbem
 romam & apud constantinopolim de Scytharum gente glo-
 riosissime triumpharunt. quod autem ad interiora eorum
 & ultima uersus boream non est itum paupertas soli fe-
 cit & itineris asperitas atque in tollerabile frigus & nullum
 uincens premium multos romani populos ut Apianus tra-
 dit se se sponte dedentes reicere quod nullo esset emolu-
 mento eorum Imperium quis arma sumat & cum moris
 periculo demicet cum sciat uictoriam sterilem esse. Id
 perinde est ac si quis laudis causa cum bestis pugna-
 ineat. Nec Scytharum robur insuperabile est magis quaz
 helephantum & Thaurorum quos ingenio uincimus. Sed
 in his inest aliquid utilitatis. Scythas illos exteriores si pre-
 lio superaueris non tam tibi quam illis uicinis pane alendis
 qui multis est incognitus ubi eorum seruitia querat. Fate-
 mur tantum ab his exisse quam plures qui res magnas gessere
 fuisse facile enim migrant quibus sterilis sedes est & me-
 lioris soli fama multos trahit. ex Asiatica Scythia nau-
 gaerunt in europam. Vni feroces populi quos iordanis
 & alij non nulli ex mulieribus magis & demonum se-
 mine natos crediderunt qui transmissa Meotide omne
 barbariem inter Thanaim ad Danubium occupauerunt
 & his magnus ille attilas ortus est. qui subacta pan-
 nonia italiam ingressus aquileam subuertit & in Ger-
 maniam transiens plurimas uastitates edidit ac trans-
 misso Rheno in agris cathelaunicis memorabile illud per-

Attalas

lium commisit in quo supra centum sexaginta milia homi-
 num cecidere & quis uictus esset id tantum solatis tulit
 quod Theodericum Gothorum prestantissimum ducem obtu-
 ratum cognouit. Is domum reuersus dum nouis nuptijs
 operam dat uino plenus effuso e naribus multo sangui-
 ne suffocatus est. de quo etiam in posteroribus non nul-
 la erunt dicenda. Scytharum quoque genus est Turcorum
 fedissima gens. qui ut Hoticus philosophus tradit in Asia-
 tica Scythia ultra Pyrriceos montes & Teracontas insulas
 contra aquilonis ubera sedes patrias habuere natio truci-
 lenta & ignominiosa incunctis stupris ac lupanaribus somi-
 cana: comedit que ceteri abominantur. Iumentorum luporum
 ac uulturum carnes & quod magis horreas hominum abomi-
 na. Diem festum nullum coluit. nisi mense augusto saturna-
 lia romanorum imperium admirata magis quam experta est. Octa-
 uiano augusto inauoluntario censum dedit & id quidem spo-
 te. Nam cum uicinas gentes annua illi tributa reddere a-
 nimaduertisset: nouum diebus ac temporibus exortum esse de-
 um arbitrata munera illi quotannis misit. Octo historicus
 qui frisingensis fuit episcopus tradit imperantibus grecis ac
 regnante apud franganos pipino annis abhinc supra sex-
 centis. Turcos caspias portas egressos cum armibus fero-
 cissima pugna multis utrinque desideratis conflaxisse. Nicolaus
 secundus multa eruditione praeditus grecas ac latinas litteras
 apertissime cillens de Turchis ad nos scribens asiaticos Scythas eos
 esse fatetur. qui pontum capadociamque transgressi ad reliquas
 finitimas gentes sensim illapsi sunt. Si more latronum clan-
 destinis quibusdam excursionibus uires sibi uendicantes oc-
 cupatis montibus & claustris oportunis unde per occasiones
 irruptiones facile fieri possent usque adeo emerlere atque animis
 sublati sunt ut palam iam & pari Marte aduersus finiti-
 mos de agri possessione certarent & denique procedenti tem-
 pore Gallacia: Bithinia & utraque phrygia in potestatem re-
 ducta omnem Asiam que minor uocatur ultra curaque Taurum

Turcorum genus

ad oras usq; ionie & litora greci mare occupauerunt nec
unum quendam principem sed alios alij dulces & uaria
auspicia quasi per factiones secuti de quibus alio loco di-
cendum erit. Ferunt & ungaros qui danubij ripas inco-
lunt Scythay genus esse non quasi abunil ortos quid pro-
pter uerbi cognationem aliqui crediderunt sed ab alijs un-
garys quorū iordanis meminit qui notos eos dicit suo tpr
fuisse propter comertum pelliū mardarinay. Fuit aut
iordanis sub Imperio Iustiniani quo tempore non dum Pa-
noniam hungari attigerant longe post huius Gothos & lo-
gobardos hungari Scythiam egressi ad danubium perue-
nere pulsisq; prioribus incolis aut sub iugum missis regnū
sibi fecere de quibus suo loco dicemus. Noster Veronen-
sis quem supra diximus ad ortum Thanais peruenisse re-
tulit populos in Asiatica Scythia non longe a Thanai sedes
habere/ rudes homines & idolorū cultores quorū eadem
lingua sit cum hungaris Pannoniam incolentibus uoluisseq;
cum plerisq; Sacrarū lictorū professoribus uiris religiosus
ex ordine Beati francisci qui linguam illam nossent eo
proficisci & sanctum christi euangelium predicare. S; pro-
hibitum a domino quem de moesa uocant qui cum
essent greca perfidia maculatus egre ferebant Asiaticos
hungaros latine coniungi ecclesie & nostris imbui ri-
tibus. Fuerunt & qui Gothos ex Alanca scythia erupis-
se putant/ quorū est per uulgatum nomen presuntio
hinc oritur quid alani inter eos militauere & usq; in
hispaniam transiere/ ibiq; sedes obtinere/ in quibus
hodie catelani tanq; Gothi. Alani uocantur. Alanos au-
tem Ptolomeus in Asiatica Scythia ultra hyperboreos mō-
tes collocat/ ad septentrionem maxime uergentes. Ior-
danis Europeos fuisse Gothos affirmant/ quem sequi non
pudet sue gentis initia referentem. Neq; alienum fue-
rit Alanos postq; in Europam migrassent/ cum Gothis so-
cietatem inisse ex qua facta sit cathelanorū initio. Mul-

catalanorū origo

ta de Gothis inter res europeas dicenda erunt que nunc
reliquimus illud conclusisse sat fuerit non idcirco Sey-
thay genus in aliena proripisse quia ceteris uirtute pres-
tarent. Sed auditate melioris agri & quod in patria solo
mutari non possent

S Equitur Asia ad nostram supputationem tertium mem-
brum cui Parthia dabit initium quam uel recta inori-
entem iter habenti. Aria occurrat & paropanisdum regio
que montane sunt & in eodem paralelo qui p Rhodium est
cum parthia continentur. Sed nobis placuit quinto lo-
co de illis agere/ qui post indiam ad occidentem primi re-
periuntur. Nos parthiam in hac descriptione mediamq;
& utramq; armeniam ac magnam minoris Asiae chero-
nesum comprehendemus quamuis aliqua ultra citraq; Thau-
rum iaceant & non nulla in ipsis montium cacuminibus
sita sint. Parthia ut Ptolomeo uisum est/ ab ortu Aria
habet & Masdoranum montem/ ab occasu Mediam &
quib; dissecantur iuga ad meridiem Carmaniam desertā
& parthie montis sublimen uerticem a septentrione hir-
caniam & qui medius intercurrit mons Coronus. Regio-
nes in ea quatuor collocat. Comissenam que hircanis in-
minet Tabienam/ que ad Carmaniam respicit Patautice-
nam que Ariam/ & Sindacam/ que mediam intuentur.
ciuitates plures commemorat de annib; qui eam irrigent
nullam efficit mentionem/ quamuis Bagradam in ea or-
tu indicare uideatur qui longo itinere per carmaniam de-
sertam & hippophagos non longe a sursis persicum illa-
bitur sinum. Strabo fluminibus irriguos parthie campos
esse commemorant/ quos partim Anus partim Margus
inundant. Iulius Solinus Parthiam rubro mari a Meri-
die claudit. a Septentrione hircano salo/ non parthiam
hoc pacto sed particum circumscripsit imperium. quod
i duo de uiginti regna diuisum dixit & undecim super-
iora ab Armenico limite & Caspio litore incipientia ad

parthia

terram Scytharum potesta quibus concordet esset. Reliqua septem inferiora sic enim uocat ab ortu Arianos habere amerie carmaniam ab occasu medos a septentrione Hircanos Pliniusque fuerat olim persica regna postea Parthorum intelligi uoluit in ter duo maria persicum & hyrcanum. Montana parthie Scenetas tenere populos. Strabo refert loca optima & montibus clausa. Trogus pompeius urbem claram in monte aparteno aprimo Arsace conditam dicit cuius loci ea conditio fuerit ut nec quicquam munitius inueniri neque amoenius posset praeceptis undique rupibus cinchis ut tutela nullis egeat defensoribus & soli circum iacentis tanta uberitas sit ut propriis opibus expletur. Fontium ac siluarum ea copia ut & aquarum habundantia irretitur & uenationum uoluptatibus exornetur. Apollodorus Hecatenpylon Parthorum regina appellauit per mille & septingenta sexaginta stadia distantem a portis caspijs. In parthia terre sunt quas ragas uocauerunt propter terremotus quibus ibi frequenter fiunt a quibus multe urbes ut possidoniufert & duo milia uicorum emersa sunt. Strabo affirmat parthiam ab initio non multam fuisse. Parthosque cum hircanis persicis uixisse eisque subfuisse cumque regio esset nemorosa & montana atque inops reges eam cursu praeterisse cum ne minimam quidem exercitus partem alere posset. Successu uero temporis autem tam esse. Camisenamque atque Corinam & totam fere regionem usque ad caspiae portas & Agros & Tapiros quae prius medorum erant ad parthos transisse atque apamiam et heracliam insignes urbes & Rhagis uicinas in parthia uidetur describere. Parthorum collegium duplex fuisse affirmat alterum affinium alterum magorum & sapientum atque ex his duobus reges creati natione barbaram esse non bellacem & a Scythis ortam quae propter praecelara belli facinora adeo polluerit semper aliquid finitimis adimens ut tandem ad eufratem propagaret imperium & uim Scythis attulit batriane partem eis auferens & propter imperij magnitudinem cum romanis uano Marte contendit Scytharum exules crediti quod

ipso uocabulo manifestari. Trogus affirmat Scythico sermone exules parthi dicuntur hi assirorum & medorum tempore inter orientes populos obscurissimi fuere postea quocumque imperium orientis translatum est uelut uulgus sine nomine praeda uictorum fuere & macedonibus triumphato oriente seruierunt & cum romanis uaria uictoria dimicarunt. Parthia frigidissimos habet montes & planities admodum callidas ad ministrando gentis post defectionem Macedonici imperij subregibus fuit. proximus maiestati regum populorum ordo ex hoc duces in bello & impace rectores habuere. Sermo his inter Scythicum Medumque medius & ex utrisque mixtus. Vestis olim sui moris postea quae opes accessere. Luxurie materia ut Medis pre lucida ac fluida armorum patrius ac Scythicus mos exercitum non ut aliae gentes liberorum. Sed maiorem partem seruorum habuere. quorum uulgus nulli manumittendi potestate permixta ac per hoc omnibus seruis nascentibus indies crescit hos pari ac liberos suos cura & equitare & sagittare magna industria docent locupletissimus ut quisque est ita plures in bella equites regi suo prebet. Aduersus Antonium cum equitum quinquaginta milia parthi duxissent soli quadringenti liberi fuere preliari in acie cominus aut obsessas ex pugnare urbes ignari. Pugnauerunt aut procurrentibus equis aut terga dantibus sepe fugam simulantibus ut incautiores aduersum uulnera insequentibus haberent. Signum his in prelio non tuba sed intinpano dabatur nec pugnare diu poterant de quibus Lucanus Pugna leuis bellumque fugax turmeque uagantes & melior cessasse loco quod pellere miles silua tela dolis nec Martem quo minus unquam. Aulæ parui uirtus sed longe tendere nervos. Etque cumque uelint permittere uulnera uentis. Ceterum intollerandi fuerunt si quantus erat impetus uis tanta & perseneratia fuisset plenique in ipsi ardore certaminis prelia deservierunt ut cum maxime et iucille putet tunc tibi discrimen subeundum sit. Munimentum ipsis equisque lorice plumate fuerunt quae utrumque toto corpore texere. Auri Argentique nullis nullis nisi ar

54
mis usus. Vxores dulcedine libidinis singuli plures habuere. nec
ulla delicta adulterio grauius uendicauerunt ob quam rem foemi-
nis non conuiuium uinum tantum uerum etiam conspectum inter-
dicebant. Carne non nisi uenatibus quesita uescebantur equis
omni tempore uescebantur illis bella. Illis conuiuia illis priuata
ac publica officia obbibant. Super illos ire consiliter. mercari colloq-
hoc denique discrimen inter seruos liberosque fuit quod serui pe-
dibus liberi non nisi equis incedebant sepultura uulgo autum
aut canum laniatus fuit: unda demum ossa terra obnuerunt. In su-
perscriptionibus atque cura deorum precipua omnibus ueneratio Inge-
nia genti timida. seditiosa fraudulenta procacia quippe uolun-
tatem uinis mansuetudinem mulieribus assignabant semper in
externos aut indomesticos motus inquieti natura taciti ad faci-
endum quod addicendum promptiores. Secunda atque aduersa si-
lentio tegebant principibus metu non pudore parebant. In libi-
dinem proiecti incibum patri fides dicti promissique nulla nisi
quatenus expedit. Libet hic paulo altius ordini et res parti-
chasque memorabiles fuerunt longius adtingere. Orientis Im-
perium primo asirorum fuit postea Medorum deinde Persarum quar-
to loco Macedonum quos parthi simul et Romani debellarunt. Ser-
uerius odia domestica et externa paritida post alexandri ma-
gni parthiam tamquam uilem inopem nemo macedonum dignatus
est. Ob quam rem stragioni extremo sortio eam tradiderunt et
in macedonibus inter se civili bello condentibus parthi eume-
nem secuti sunt et eo uicto ad Antigonom transiere. Post hunc a
Nicanore Seleuco et Antiocho et successoribus eius possessi sunt.
Demum non a Seleuco Antiochi nepote defecerunt impunita-
tem assecuti quia Seleucus cum Antiocho fratre de regno con-
tendebat. Quo tempore Theodotus Batrie prefectus defecit
quem Strabo Eutidamum appellare uidetur qui cum se regem
appellare iussisset exemplum totius orientis populis prebuit
ut amacedonibus deficerent nullum est enim Imperium quod
civili discordia non euertat Parthiane defectionis auctor ar-
saces fuit cui alij batrianam originem prebent alij Scythiam
et qui Scythiam

56
fuisse putant. Parthi exortum affirmant quos daas credunt. ex
daas profectos qui ultra meotum habitauerunt. Xandros siue parios
dictos non nulli. Daas circa hostium caspij maris posuere ex qui-
bus ortus Arsaces cum plenisque nomadibus Ochum acolennibus
parthiam inuasit atque obtinuit. Inguis incerte originis dicit
qui solitus latrocinij et raptu uiuere accepta opinione quod
Seleucus agallis in asia uictus esset cum predonum ma-
nu parthiam ingressus Mandragoram regionis prefectum
oppresserit et Imperium gentis inuasit duarumque ciuitatum
impero potitus parato grandi exercitu aduersus Theodonem
Batriarum et Seleucum persarum regem se tueri conaretur
Theodoto cito mortuo filius eius eiusdem nominis pacem et
foedus cum Arsace percussit nec multo post cum seleuco re-
ge ad defectores persequendos ueniente congressus uictor
euasit. atque is dies parthorum Imperij initium fuerit qui ab
eis solemniter habeantur ex quo libertas genti orta. Reuocato
deinde seleuco nouus in aliam montibus dato laxamento
regnum Parthicum formam accepit et recte uiuendi nor-
mam constituit Magistratibus qui belli pacisque munia sub
rege gererent. Arsaces quesito constitutoque regno matu-
ra senectute decessit: cuius memorie hunc honorem Par-
thi tribuerunt ut omnes de inde reges suos Arsaces appel-
lauerint. Huius filius et ipse nomine aduersus Antiochum
cum Seleuci filium centum milibus peditum et uiginti
milibus equitum instructum tanta uirtute pugnauit ut
ad postremum insonetatem eius reciperet. Tertius parthi-
rex Priapatius fuit et ipse Arsaces dictus qui actis in re-
gno quiddecim annis decessit Mithridate et phraate filiis
relictis quorum maior phraates more gentis heres Mardosua-
lidam gentem bello domitam regno adiecit: Nec multo post
decessit instituto fratre herede quamuis multos reliquis-
set liberos. Quo tempore Eucratides apud Batros regna-
uit de quo supra meminimus cum de rebus Batrie agere-
mus Mithridates aduersus Medos bellum gerens uictoria

demum potitus ac uinibus auctus Phraasem Medie preposuit
& Helimeorum gentem regno suo adiecit rege ipsorum in prelio
superato. Imperiumque parthorum a monte caucaso usque ad flumen
eufratem protulit. Nec minor arsace proauo gloriosa senectute
decessit. Relicto phraate filio herede qui cum bellum inferre
Antiocho regi statueret. Scytharum montibus ad sua defendenda
reuocatus est profectusque aduersus Scythas hymetorum quendam
ad tutelam regni reliquit qui oblitus uicarij officij tyrannica
crudelitate Babilonios multasque alias ciuitates importune ue-
xauit. Ipse autem phraates grecos secum contra Scythas
adduxit quos prius in bello aduersus Antiochum gesto su-
perbe crudeliterque tractauerat. si cum inclinatam parthorum ac-
iem uidissent arma ad hostes transulere. In signi produtione co-
tumelias ultij phraates obtruncatus est & in eius locum artaba-
nus patruus constitutus scithe uictoria contenti popula-
ta parthia in patriam redierunt. Artabanus bello Thegaris
inlato uulneratus in brachio statim decedit. Mithridates filius
succedit cui res geste magni cognomen dedere multa enim
bella cum finitimis summa uirtute gessit & cum Scythis
prosperè dimicauit ultorque iniurie parentum fuit ad poste-
rius Archadusi armeniorum regi bellum intulit de inde pro-
pter crudelitatem asenatu parthico pulsus est frater eius
horodes cum regnum uacans occupasset Babiloniam quo
Mithridates confugerat diu obsedit ex fame coactos inde-
ditionem oppidanos compulit & Mithridatem in conspectu
suo adductum trucidari iussit deinde cum Romanis bel-
lum gessit. Crassumque cum filio & omni exercitu deleuit.
Huius filius pacorus missus ad persequendum Romanum bel-
li reliquias magnis rebus in sinia gestis reuocatur in patriam
patri suspectus nam quem non timeat qui fratrem occidit.
Exercitus parthorum illo absente in sinia relictus a cassio quel-
tore crassi cum omnibus trucidatur. Post hec ciuili bello par-
thi pompeianorum partiū fuere cum crassi alterum filium
in partibus cesaris esse audirent. Victo pompeio auxilia Bru-

horodes mithridatē frēm
teremur. crassūq; cū filio et
toto exercitu. pō. deleuit

to & cassio aduersus augustum & Antonium miserē & post
belli finem rursum pactato duce inuicta cum labieno sonetate
Siriā & Asiam uastauere castraque ventidij qui post cassium
absente pacoro exercitum parthorum fuderat magna mole agre-
diuntur sed illo simulato timore diu se continuit & insultare
parthos aliquantisper passus ad postremum insecuros letosque par-
tem legionum emisit quarū impetu fusi parthi induersa
abiere. Pacorus confugientes suos abduxisse romanos secum
legiones putaret castra ventidij aggreditur. Ille reliqua par-
te legionum emissa uniuersam parthorum manum cum ipso
pacoro interfecit. Horodes audita nece filij diu sine cibo fuit.
nec aliud loquebatur nisi pacorum. erant ei triginta filij ex
diuersis pellicibus quarum quilibet suum filium loco pacori
sustituendum petebat. dum horodes deliberat unus ex filiis
phraates eum interfecit. penasque occisus ab eo fratris exigit.
Sed phraates multo sceleratior patre uniuersos fratres suos tru-
cidat nec filio suo parit uentus ne illum optimates seque-
rentur qui sibi erant infesti. Hinc Antonius propter auxilium
Bruto missum cum sedecim ualidissimis legionibus intulit
bellum. Sed grauius multis preliis uexatus & amoris im-
patientis quo cleopatram ardebat a parthia refugit. Phraates in-
solentior ea uictoria redditus apopulo in exilium pellitur nec
multo post tempore Scytharum auxilio in regnum restituitur.
Nullus est enim tanta nequitia que non inueniat ad uitio-
res si quid afferre utilitatis posse uidet. Substituerant parthi
interim Tiridatem qui auditu Scytharum aduentu cum ma-
gna amicorum manu ad octauianum in hispaniam belligerantē
confugit obsidem cesari Phraates filium ferens quem negli-
gentius custoditum rapuerat parthorum se omni tempore ro-
manis affirmans si ad recuperandum regnum adiuuaretur
Phraates & ipse legatos ad cesarem mittit. Seruum suum
Tiridatem & filium remuchi postulat. Cesar his cognitis ne-
que contra Tiridatem se parthos dixit neque aduersus parthos
Tiridati auxilia datur. Phraates tamen filium sine pretio re-

58
misit & Indati quo ad manere apud romanos uellet opulentum
sumptum preberi iussit. Sed finito hispanensi bello cum in Siri-
am ad componendum orientis statum uenisset metum phra-
ati incussit ne bellum parthie inferret itaq; tota in parthia cap-
turi siue ex crassiano siue ex antonii exercitu recollecti signaq;
cum his militaria augusto remissa. Sed & filij nepotesq; phra-
atis obsides Augusto dati. Plurq; Cesar magnitudine nominis
sui fecit q' armis aliis imp'r facere potuisset. Misit tamen
Augustus anteq' moreretur aduersus parthos rebus nouis stu-
dentes Germanicum Drusij filium Calligule patrem qui
anno quarto Tyberij cesaris de illis clarum triumphum egit.
Sub Nerone parthi armeniam subhulerunt & romanas legio-
nes sub iugum misere egrq; Siria retenta est. M. Antonio &
Aurelio Cornudo imperium tenentibus uologesius rex parthoy
gravi eruptione facta non Armeniam modo sed capadociam
Siriāq; uastauit. Antonius tam per duces suos cum repres-
sit ac Seleuciam assirie urbem super hydasperm fluum si-
tam. & multa hominum milia in ditionem accepit & cum
fratre de Victoria parthica magnifice triumphauit. Traia-
nus qui usq; ad indos imperium protulit parthos plurimis
bellis uicit eisq; non modo australia regna sed Armeniam
quoq; abstulit. Sub Adriano Cesare qui traianum secutus
est iter res parthice aucte sunt & eufrates utriusq; impe-
rij limes factus. Concederunt cum Seueri cesare parthi &
ab eo superati sunt Aurelius Bassianus cognomento Caracal-
la inter edissam & canas comisso cum parthis prelio interfec-
tus est Helius lampridius non in prelio sed cum ex prelio re-
cessisset adquisita cincture insidijs cum a Macrino prefecto
occisus dicit De incepto orientale imperium nunc Parthia
nunc persicum appellatum reperimus quamuis imperio Per-
sico Macedones finem imposuerunt. Sed scriptores non tan-
gentem que imperaret q' locum cui imperabatur intuent
deosq; persarū reges pro partias acceperunt Aurelius Alexan-
der Xersem regem persarū maximo prelio superauit Gordi-

59
anus parthis bellum intulit. qui iam molebantur erumpere
feliciter prelijs ingentibus eos afflixit rediens autem nō
longe a romanis finibus interfectus est fraude philippi qui post-
eum imperauit. Valerianus qui septimo & uigesimo loco
apud Augustum imperio preuit a Sapore rege persarū cap-
tus luminibus orbatu ignominiose in persarū seruitute con-
senuit id officij apud eos sortitus ut sapore equum ascendente
incuruatus regem non manu sed dorso leuaret. Sub Galienopā-
thi Mesopotamia Siraq; potiti sunt. Sed Odenatus his recupe-
ratus usq; ad Ctesiphontem penetrauit. Carus Narbonensis
secundus & trigessimus ab augusto persas prelio uicit. Soemēs
& Ctesiphontem nō dissimul urbes cepit & cum castra super
Tigrim flumen haberet non armis hostium sed ictu flumi-
nis interijt. Maximianus uersus Narseum persarū regem
inter Gallinicum & caras congressus superatus est fugitq;
ad Diocletianum in Mesopotamiam aquo turpiter receptus
& admodum reprehensus & instauratis uiribus iterum cū
narseo Ormisde & Saporis auo in armenia maiore pugna-
uit. Victorq; pulso Narseo castra eius diripuit uxores. Sorores
& liberos cepit & cum in gena preda ad Diocletianum redi-
it Constantius magni constantini filius a persis multa & gra-
ua damna perpesus est uidebatur tamen superaturus infi-
ne nisi ad ciuile bellum contra iulianum redire compulsus
esset. Iulianus rex potius Parthis intulit bellum oppida
aliquot & castella eorū in ditionem accepit & ui expu-
gnauit Asiam populatus est. Castra apud Ctesiphontem
statua aliquam diu habuit rediensq; uictor dum se in con-
sultius prelijs inserit hostili manu interfectus est. Sicut eu-
tropius refert qui ei expeditioni interfuit. Non nulli di-
uinitus interemptum asserunt qui ex christiano ad genti-
litatem redisset propter quod mox ut uulneratum se intel-
lexit dixisse fertur. Vixit enim Galilee sicut apostata p-
inasionem appellabat christum Iouinianus duobus prelijs
uictus pacem cum Sapore Parthoy rege necessariam sed.

ignobilem fecit abrenuatis imperij finibus & parte superio-
re Mesopotamie tradita. Quod ante eum annis trecentis &
duobus de uiginti ex quo romanum Imperium conditum
erat nusq; acciderat. Iustinianus parthos bella mouentes
per suos duces pluribus preliis superauit. Postea apud
Euphratem eius exercitus uictus est. Sed per Bellisari-
um resarcita sunt damna & fedus cum paribus initum.
Zethorbes hunorum rex intra Scythiam manentium cum
uiginti milibus aduersus Iustinianum Cosdoram adiu-
turus deuenit. Sed suspectus ab eo habitus multis uul-
neribus confossus interfectus est. Sub Foca imperatore
Cosdoras Mesopotamiam occupauit & paulo post Pales-
tinam cum hierosolima & nonaginta milia christianorum
interfecit. Partemq; crucis dominice secum asportauit.
Heraclio Imperium tenente & de inde in egiptum ar-
ma uertit Alexandriamq; occupauit nec moratus Aphri-
cam ingressus est & Cariagine capta impio potitus est
libie heraclius pacem ab eo petijt etiam cum dedecore
imperij neq; impetrauit a superbiante rege itaq; duxit
in eum omnia belli fortune committens. Ille ex Azoto
sine fugit in persidem relicta ducibus qui Romanorum im-
petum morarentur. Heraclius flexo ad sinistram inne-
re & superato monte Thauro in presidem transiit.
uicq; sabarum & Saym duobus preliis & tertio Razat-
nem alium ducem superatum interfecit & uiginti sep-
tem militaria signa intercepit. Cosdoras Medarsen fi-
lium regni consortem appellauit. Syrochio pretento qui
natus erat maior propter captus ab eo cum Medarse & u-
xonibus in carcerem coniectus est. atq; de inde cum filio
necatus. Syrochus heraclio uictori captiuos reddidit & cru-
cem domini & insuper munera dedit. Hoc tempore Mau-
methus Pseudo propheta exortus est. qui arabes ad defec-
tionem compulit. Crux domini hierosolimam reportata est.
Heraclius non multo post in heresim lapsus per defidiaz

Maumethus pseudo propheta
in hoc tunc oportuit

languentis Saracenorum uires cum primum nascentes pro-
pagari & crescere sunt qui sub falsa lege Maumethus
imperium rexere Arabes enim cum parthos in suam p-
fidiam trahere non possent uerbis armis eos agitare.
Detesserat primo regni sui anno Syrochus ei; filius succe-
sserat ad hefer. cui pariter infra annum defuncto Ormus-
da successus est quem Arabes prelio superatum interfec-
re. eiusq; imperium obtinere Arabes autem tantis uic-
torijs aucti. Nam & romanorum arma longe propulerant
Antiochia occupata in africam manus iniecerant trans-
missa egipto saracenorum nomen asumpserunt. Atq; ita & par-
thi & per se & Arabes & egiptij & multe alie gentes in sa-
racenum nomen transierunt. Neq; postea nomen parthorum
auditum est quasi magnum usq; ad tempora nostra anno
circiter decimo priusq; nascamur. Tamerlanes Genere par-
thus gregarius miles adeo inter suos uiuentis & corporis
agilitate excelluit ut breui multarum gentium dux fieret.
Quibus parthorum impio potitus Scythas hyberos Albanos per-
sas Medosq; sibi subegit mesopotamiam inualit atq; armen-
iam Transiitq; euphrate cum quadringentis milibus equi-
tum sexcentis milibus peditum omnem Asiam quam mi-
norem appellamus obtinuit. Regem omnium potentissimu
Paziatem turchorum dominum cum pari equitum nume-
ro & magnis peditum copiis fines suos tutantem apud
armenos prelio superato ducentis milibus hominum inter-
fectis uiuum cepit ceneaq; in modum fere inclusum per
omnem Asiam circumtulit egregium & admirandum
humanarum rerum spectaculum castra eius in urbis mo-
dum ordinata. fuere statuto cuiq; arti loco atq; in par-
tes suas distributis exercitijs ut omnia in promptu eent
adiute usu necessaria summa semper reij copia inuenieba-
tur cum nullus esset latrocinij locus tutog; omnia co-
portarentur nulla unq; seditio nullus tumultus inter
milites fuit. Aduersam fortunam numq; expertus est.

Tamerlanes

ardua et dura cetis uide-
bāt. Damasco capta cū
arce antique expugnatio
difficilior uideretur cons-
tructa ē regione altera
que

a Thanai flumine usq; ad egiptum uniuersam Asiam percur-
rens. Smirnam. Anthiochiam. Sebastiam. Tripolim. Damascum
multasq; ualidissimas urbes ui cepit: diripuit atq; incendit
Soldanum egipti bello superatum ultra pelusium repulit e-
giptum ingredi parantem uaste solitudines & deserta loca ad
uerterunt. Verū belli artibus insignem ad ea maxime obe-
unda promptumque, antiquam altitudine superaret ui cepit
quamuis multa suorū cede. Capha urbs est Genuensium co-
lonia in Thaurica Ceronenso non procul ab ossoro cymérico.
Hanc cum Tamberlanes inuadere statuit & Scythas negotia-
tores premisit qui pretiosissimas animalium pelles minori q̄
consueuerant pretio uenundarent. Sciens aurum abscondi
posse. Pelles fufodi non posse. moxq; bello indicto ad montē ur-
bi machinis expugnata ui atq; armis ciuitate & auro & pelli-
bus pontus est. In obsidiombus urbium. prima die albo tento-
rio utebatur secunda Rubro Tertia Nigro qui sese dabant
in albo sedenti salutem consequebantur. Rubens color mori
endum patribus familiarū indicabat. Niger ciuitatis excidui
& omnia incinerem conuertenda. Fama est populose cuius-
dam ciuitatis que prima die deditionem neglessisset pueros
puellasq; omnes in candida ueste ramos oliue preferentes
exiuisse ut principis iram placarent. Illum omnes abequi-
tatu conculcari atq; conterī uisū & urbem captam incendi
Interrogatum aliquando ab homine Genuensi qui ei fami-
liaris esset cur tanta crudelitate uteretur. comotum ac ue-
luti furentem distorta facie & spirantibus ignem oculis res-
pondisse. Tu me hominem esse arbitraris: falleris. Ira dei
ego sum & orbis uastitas. Caueto ne post hac mihi occur-
ras nisi uelis interrogationis tue penas dare. Abijt Genuen-
sis neq; ulterius oculis tyranni obiectus est. Ferebant qui Ta-
merlanem uiderunt eum anibali fuisse similem secundū
ea que de Poeno scribuntur nihil eius animo seuerius: nihil
magis q̄ latrocinia uindicasse ut ipse unus esset qui latroci-
nari impune posset. Querebat tanq̄ uirtutis opus quibus

cum bellum gereret deletis regibus ac Tyrannis per multis
uastatis pluribus prouincijs onustum deuictarū gentium spo-
lis exercitum in Parthiam reduxit & ciuitatem Marchantem
condidit. quam uarij generis captiuū repleuit & hostium spo-
lis exornauit. Quod si aliquod excellens ingenium eius acta
reperissent inter clarissima ducum gesta legerentur. Vita
fundo duos filios reliquit regni successores qui discordia rur-
sus posset emergere. Thomas apostolus euangelium christi
ad parthos detulit per quem Medi perse hircani & Batri-
ani nostre fidei sacramenta receperunt. Corpus eius alij in
india alij in Mesopotamia sepultus assensit.

Media uulgaris nominis terra post parthiam ad occidentem
occurrit que sicut Ptolomeo placet a Septentrione
hyrcano mari terminatur: ab occasu maiori armenia & assyrie parte
amici die perfide: ab oriente hyrcania ac parthia que montibus
excluditur. hyrcaniam charindas determinat fluuius. Inter per-
sidem ac Mediam Parcoathras ex eurnt mons Asinam coathras
excludit. Armeniam caspia iuga & cambisus amnis Zagrus &
orontes altissimi montes interiora. Medie percurrunt ex Oronte sta-
ton oritur inhircanum defluens pelagus ex Zagro Amardes in
dem mare decurrens. Eleucus quoq; fluuius ex australi parte
Zagri descendens medie magnam partem irrigat & Parcoa-
thram scindens montem per latissimas terras imperficum deflu-
it sinum. Cyrus amnis coathra monte dimissus inter cambisen
& Amardem incaspium labitur mare regiones quatuor memo-
rantur apud Medos pro patena que occidentalis est & ad Sep-
tentrionem uergit inter mare caspium & Zagrum montem
ad quam Magarsi. Mardi. Marunde. Cadurchi & cadusij per-
tinere uidentur. Elimeis que ad septentrionem uergens ori-
entem respicit & Tapuros ac dnubces populos Danis magna
in conualle iacet. Hinc parcoathra inde oriente clausa. Sirome-
dia regio tota montana est & ad orientem uergit coniuuncta
parthie ragiane regioni. Parcoathrie montis insidet iuga & ad
meridiem respiciens super eminet perfidi ac Paretacine re-

laborantes effecerūt
ne parthoz imperiū

gioni quam nonnulli medie tradiderunt oppida supra quinquaginta memorantur quorum nomina referre plus redij q̄ utilitatis habet tantum est quod Ptolomeus nobis de Media tradit Strabo dicit Mediam multam & olim potentem regionem in medio Tauro sitam esse qui circa hec loca multifidus est & conualles magnas coni comprehendit. Mediam in duas partes diuiserunt quare alteram maiorem uocauere alteram Atropatnam. Maioris Metropolis Ecbatana fuisse magna ciuitas & Imperij medici caput quam etiam parthi postea usi sunt. Nam reges ibi estatem agebant cum frigida sit Media hyemem uero Seleucie que secus Tigrim est prope babilonem. Atropatra ab Atropato duce nominata est q̄ obstitit ne ea macedonibus subigeretur ut maiori Medie pars esset. Is postea rex declaratus regionem hanc a media sequestrauit cuius successores regnum continuantes cum armeniorum regibus affinitatem contraxere de inde cum Syriis & postremo cum parthis Atropatia Armenie & Matiane ad orientem sita est. Medie uero maiori ad occidentem utriq; ad Aquilonem. Habitantibus circa hyrcani maris recessum & Matianam ab austro iacet. Araxis fluius & Armeniam & Antropatnam determinat. a Zeugmate q̄d est iuxta eufratem quousq; ad Atropatnam peruenitur octo milia stadiorum esse feruntur maior media ab oriente parthia terminatur & Cassiorum montibus & persicis qui etiam montani sunt & latrones ac persis continui sed hos Ptolomeus Medie ad austrum opponit a septentrione cadusys & alij supra hyrcanum mare habitantibus qui a Ptolomeo inter medos collocantur. Et ut parthos ait id quinquaginta milia stadiorum montane circa caspium occupant mare loca tenuia & aspera incolentes ab austro appoloniade quam Sitacinam ueteres appellauerunt & monte Zagro apud quem masabatica est que ad mediam pertinet. Quidam ad elimeam dixerunt pertinere. Ptolomeus quamuis Sitacenam regionem & appo-

loniaterum quantum ad Mediam meridionalem facit non nichil tamen occidentis illis attribuit & Zagrum montem per assurgere Mediam ostendit. ab occidente Antropatij & Armeniorum quibusdam media concluditur in Atropatia lacus est nomine Spautha in quo sales nascuntur & congelascunt eius regionis loca opulenta sunt & frigida Apolonides ait ex ea regione equitum decem milia pedum quadraginta milia ad bellum cogi posse multa cum parthis & armenis prelia fuerunt. tenueruntq; dignitatem suam. si quid amiserunt fori manu recuperantes. Amicitiam cum parthis & cum Romanis quesuere. Regia eorum Estualis Gaza fuit in campo sita & uera castellum munitissimum quod Antonius in parthica expeditione obsedit id ab Araxe studiis abest duobus milibus & quadringentis ut adelphus refert qui antonio familiaris fuit: & illius in parthos expeditionem conscripsit in qua non affuit modo uerum etiam profuit. Media magna ex parte alta est & frigida cuiusmodi sunt montes Ecbatanis imminentes & qui apud Rhagal & Caspias portas confurgunt & omnes deniq; septentrionales partes usq; in Matianam & Armeniam huiusmodi sunt. Regio uero que sub caspijs portis & in humili & concauo solo iacet opulenta est & omnia fert preter oleam. que & si ibi nascatur arida tamen & sicca est. Media sicut Armenia eximie pascendis equis apta est unde pratam quoddam hippoboton uocatur. per quod iter faciunt qui ex perside & babilone in caspias portas proficiscuntur equarum quinquaginta milia Regum id armentum est. Nescios equos quibus reges utebantur optimos ac magnos alij hinc genus habere alij ex Armenia dixerunt quibus propria forma quedam fuit quem admodum parthicus per Grecis ceterisq; qui apud nos sunt. Herba que precipue nutrit equos eo quod ibi habundet proprie medica uocatur. Longitudo ac latitudo medie pene par maxima eius longi-

meo pasci dicitur

66
tudo ea uidetur que est a Zagri transitu qui uocatur me-
dica porta per Sigrianam ad Caspias portas stadiorū qua-
tuor milium supra centum tota media inter quartum &
quintum clima continetur Paralellus qui per Rhodum est
australia eius attingit. Secundum Ptolomei descriptionē
Paralellus per hellespontum septentrionalia circa hyrcanū
mare percurrentis ditissimam fuisse Medorū terram sicut Vir-
gilius ait ex tributo licet intueri quod perlis pendeat duplo e-
nim maior fuit eo quod acappadocibus exigebatur quos as-
serit Strabo preter argentum mille & quingentos equos mu-
lorū duo milia & ouium quinquaginta milia pendisse quot
annis Græciæ urbes in media macedones condidere Laodi-
ceam Apamiā & Rhagam que apud Rhagā est & prius
Aropus nominata fuit. Parthi arlaciam edificauerunt que au-
stralior est q̄ caspiæ porte quingentis fere stadiis: ut appollo
donus Adriamittinus ait Ecbatam Mediæ caput. Plinius in Se-
leuco rege conditam dicit, a portis caspijs p̄ uigintimilia
passuum distantem Idem Martianam regionem quā Strabo
uidetur a Media seuingere inter medos collocare uidetur apri-
catis inclite que sola in eo tractu uisera sit undiq; mon-
tibus inclusam amens ambitu stadiorū mille quingentorū pene-
inaccessa ob incomodum arenose solitudinis que per centū
uiginti milia passuum undiq; uersum circumfusa est. cuius
amnitatem Alexander Magnus usq; adeo miratus est ut ibi
primam condidit alexandriam quam mox ab barbaris exci-
sam Anthiochus Seleuci filius reformauit & denumpta-
tione sue domus dixit Seleutiam cuius urbis circuitas in
stadia septuaginta quinq; diffunditur. Margus fluuius eā
interluit. In hanc orodes romanos crassiana clade captos de-
duxit nostri Imperij magnum dedecus Iulius Solinus Tigrim
fluuium in Armenia regione caput ad tollere dicit in loco
edito ex lucido conspicuoq; fonte nec ab exordio statim to-
tum esse primo pigre fluere non cum suo nomine ac cum-
fines Medorū inuictus sit, Tigrim statim uocari ita enim

67
medos sagittam nominare. Aretusam lacum influere graua
pondera sustinentem cuius pisces nunq̄ se alio Tigridis
immisceant. sicut nec Amnia stagnum attingat aretuse
per quod dissimili colore uolueri meent cursu. Mox thauro
resistente in profundum mergatur quem sub ter labens in
altero eius latere emicet uluas & purgamenta plurima se-
cum trahens. Idem idem abscondatur & Adiabenos Arabasq;
preter fluentem mesopotamiam amplectatur & Amnem et obli-
uissimum hydasperm accipiens Euphratem quoq; deferat in-
sinum persicum. Sed Ptolomeus nihil ad mediam pertine-
re Tigrim demonstrat quāuis in armenia fontes habere fa-
tetur apud gordeam montem. Multi inter Medos latronū
excurrere sicut Cadusij montani & Amardi & Tapiri &
Circij & huiusmodi plures nam Zagrus & Niphaces mō-
tes has gentes sparsas habuere quāuis Circij & Amardi ī
perside & Armenia essent eodem nomine appellati & eā-
dem formam seruantes. Cadusij Peditum multitudine
non multam ab Atianis superabantur iaculatores optimi ex-
istentes Cossæ olim aduersum Sufios & Babilonios elame-
orū sotij sagittariorū tredecim milia exhibere. Nearchus
tradidit quatuor fuisse gentes que illis in regionibus lano-
cinum exercebant. Mardos qui Persis erant finitimi V-
xios & Elimeos qui Persis ac Susys iminebant & Cossæ
qui Medis atq; omnes tributum regibus pendisse Cossæ m̄
cum Rex estate erbatanis peracta babilonem descenderet
donec accepisse quorū audaciam Alexander contuderit
hyeme eos adortus. Sed Ptolomeus Medos & Elimeos bore-
ales facit hyrcano maniuicinos & inter Medos connume-
rat. De portis caspijs multa memoria est nemo tamen sa-
tis explicat ubi terrarū existant quidam Amazonas Por-
tis caspijs egressas ad Alexandrum uenisse in hyrcanum p-
didere sed ille caucasic fuerunt per quas transitus ē ex hi-
beria in Scythiam Neronis quoq; principis comminatio ad
caspias portas ut inquit Plinius ad eum transitum respicebat

porte Caspiæ

qui per hyberiam ducit in Sarmathas. Verum Mons Tha-
urus tribus in locis interruptus quasi portis quibusdam
pertransitur. In armenia in celicia & in media. Sed ille ta-
tumodo Caspie porte appellantur que apud medos existit
quemadmodum ex Ptolomeo Plinio & Strabone licet intelli-
gere ac per has transitus est ex babilone ac perside ad mare
caspium & hinc fortasse Caspie ducte sunt. & quod aliquae
gentes uicinos insident montibus appellate caspie. Iuga uero cas-
pia procul hinc ab sunt & ad Armenios ulterioresque popu-
los pertinent. Porte autem Caspie ut Iulius solinus tra-
dit plinius secutus panduntur itinere manifesto milibus
otto passuum longo. nam latitudo uix est plaustrum p-
m-abilis in his angustis etiam illud difficile quod precioso-
rum laterum saxa liquentibus inter se uenis salis exsudent. Pre-
terea otto & uiginti milia passuum tractus omnis quo quo
inde pergitur humus arida nullis puteis aut fontibus
sine presidio sitit. Tum serpentes undique gentium cum
uene auerno statim die illuc confluunt. Ita periculi ac
difficultatis concordia ad caspias portas accessu non ni-
si hyeme conceditur. Nec de situ Medie dicenda repe-
rimus mores gentis diuersi montanorum ingenia ferociora
sunt qui campos habitant rutiorem agunt uitam illi
regem eligere consueuerunt qui fortissimus esset ut
qui predam & latrocinio uincerent illi sapientiam genus
que sequebantur magna ex parte armenis similes omnes i-
uenerem profusi regibus multas habere uxores mos fu-
it nec pauciores quam septem mulieres quoque pulchrum si-
bi exsultant ut uiris nubarent quam pluribus paucio-
ribus quam quinq; calamitosum putauerunt Equitandi &
sagittandi magnum his studium: aquibus & Stola re-
perta est & cultus & ornatus & religiosa asubditi
reges salutatio & Thiarum & citharis & pileus & mani-
chate tunice quibus postea persae usi sunt qui subac-
tus Medis in eorum mores transiuerunt. Nam qui propemo-

69
dum nudi uidebantur leuissimis uestibus muliebria ges-
tare & uelamentis contegi passi sunt. Medeam que ibi
regnavit eam prius uestem comostrasse que cum pro
rege exiret faciem suam occultabat. Mediam Medo dicitur
esse regis atheniensium & Medee filio. Scribit enim Trogius
Pompeius Iasonem cum uicta colchide domum redisset rur-
sum a pelie filijs Thesalia pulsum cum ingenti multitu-
dine comite medea uxore quam repudiatam miseratione
exilij rursus receperat & Medo prauigno colchos repensit So-
ceroque regno pulsum restituisse. Magna bella cum finich-
inis gessisse. Captasque ciuitates partim regno Soceri ad iun-
xisse partim populis quos secum induxerat assignasse pri-
mumque humanorum post herculem & liberum patrem &
reges orientis fuisse traduntur eam celi plagam domuisse
que ad septentrionem & orientem uergit. Post eius Mor-
tem Medum prauignum uirtutis eius emulum in honorem
matris Mediam urbem condidisse regnumque ex nomine
incole migrante. sicut ex Larissa Chrysa Amaxito Cebi-
na & Neandria & alijs compluribus locis in quo Alexan-
dria condita est prius Sygia vocabatur. Lyfimachus Alex-
andriam curauit. que iam ab Anthigono habitata erat &
Antigonis appellata. Lyfimachus nomen mutauit. prius
n. uisum est Alexandri successoribus ut prius de nomine
illius urbis conderent. postea de suo multo iustioribus
q; si qui alienis operibus sua imponunt nomina. nec ne-
tentur. deletis ueti auctoris signis sua uel pingere uel scul-
pete. Alexandria diu permansit & aucta est & Romano-
rum coloniam accepit & inter claras nomen habuit. In
Urbe Chrysa priusq; fuerat Apollinis Smyntici delubrum
fuit. & Signum quod nominis ueritatem seruaret. nam
mus quidam pedi stans subiacebat. Statum scopi pariter
fecerat. Fecerunt Theueris creta profectis oraenlum fuisse
datum ut ibi sedes ponerent ubi terrigine eos adorirent.
Id circa Amaxitum & Chrysam contigisse. maximamq;
Agrestium murum multitudinem noctu exortam qeq;

145
armorum & utensilium & corio inuenissent corrosisse. The-
ueros ibi mansisse. atq; Idam ab Ida que in creta erat
appellasse aiunt & mures ibi circa templum habundasse.
quos uana gentilitas sacros existimauit. Simulacrum ue-
ro ita constructum fuisse ut matrem pedibus premeret.
Alij Theuetum quendam prodidit ab urbe Troium q
posita. Oxipetheon nominata est ex Attica profectum
Theueros uero nullos ex creta uenisse. Signumq; conuincit
nonul Troium cum Atticis ducunt quod apud utrosq; He-
rietum quidam generis auctor predicatur. Multi ho-
die qui uideri docti uolunt Turcos appellant Theueros. quos
Scytharum genus esse haud ambiguum est. quem admo-
dum postea dicemus cum de Turcis agemus alia Chrysa
in agro Thebano fuit de qua dictum est. & illi magis ho-
merica conueniunt. In agro lecti scortum est halytus cam-
pus & Tragesci silis qui sponte nascuntur & Eleusis uentis
congelantur duodecim deorum aram uetus. Demonum
dixerunt apud lectum construxit Agamemnon. hec loca
contra flum. erant ad stadia ducenta uel paulo plura sicut
ex altera parte Abydenia q; paulo propius est Abydos
fuit ex quo usq; lectum stadia computarunt circiter. qua-
draginta cum lectum circumflexeris clarissime occurrunt
Colum urbis & sinus Adramythinus. in quo maximam le-
legum partem homerus collocauit. & duplices Alicas. hic
& Mytileneorum latus fuit. Quod uicos aliquot habuit
incontinenti. Hunc sinum etiam Ideum nominarunt nam
Iugam alecto ad Idam potest in primis partibus huiusce
sinus immet. in quibus leleges siti erant. & urbs eorum.
Pedasus flumio Saimocni iuncta que procul deserta
est. Hec loca Dardanio agro & Scepsio continua erant
tanq; alia quedam Dardania humiliora tamen Neandri-
ni ultra Amaxitum erant. magis mediterranei & magis
ilio propinqu q; lectus nam centum & quinquaginta sta-
dijs ab illo distabant. Ultra hos erant Cebrius & postea

Dardanij nq; Palesepsim atq; scepsim Alceus An-
tandrum urbem Itelegum esse dixit. Scepsius ad Ci-
licas traxit australe. Ide latul terminantes usq; ad
oram maritimam. Post lectum Polymedum seque-
batur in quo parvus erat lucus supra mare octua-
ginta stadiis a Lecto distans exiri centum & quadra-
ginta stadiis peractis Gargara reperiebantur. In pro-
montorio qd sinum efficit Adramyttinum vocatu
nam tota hora a Lecto usq; Canas quod Alterum
promontorium hoc eodem nomine appellabatur
in quo & Cleuticus comprehendebatur. sed prope
Adramyttinum dicebant qui a promontorio in quo
Gargara fuerunt clauderetur & ab altero qd Pyra
vocabant. In quo Aphrodisium situm fuit. oris lati-
tudo a promontorio in promontorium centum &
viginti stadiorum. Interius Antandros iacuit cuius
liminebat Alexandria vocatus. Vbi dens a Paride
indicatus dicunt quarum que sprete fuerunt Troia-
num incendium parauerint. Indigna res que divi-
nitati attribuitur. Proximus Asparientis erat locus ubi
materie ide cedebatur. hic enim cum aptabant. postea
per flumen deducebant. Deinde Vicus Astyris &
Lucus Astyrine diane sacre. In proximo Adramy-
tium Atheniensium colonia que portum habuit
& navale. Extra sinum & promontorium Pyram
urbis Cistena cum portu fuit que destructa est. &
ultra eam in mediterranea erit uena. & multa habi-
tatio. In sequenti Mytilenorum ora Coriphantis lo-
cus & Herachia & Actea & harucus & Pythanas
q; ad caici fluminis ostia. Que loca ad Cleuticum
sinum pertinebant. & ultra flumen Malia & reli-
quis sinus usq; canas. Sed in his locis paululum in-
morandum est propter ea que propriam historiam ha-
bent. Palesepsis ultra ceteram fuit ad excelsores

Ide partem prope Politeciam. ea olim Scepsis vocabatur
que cum esset in loco circumspecto a Scamandrio Hec-
toris & alcatio enee filijs ad sexaginta stadia inferi-
us traducta est. Quorum gens multo tempore in ea
imperavit. postea in paucorum principatum civitas
declinavit. Deinde cum Mylesijs popularem statum
accepit & nihilominus qui ex eo genere erant reges
dicebantur & honores quosdam habebant. successu
temporis Antigonus Scepsios Alexandriam deduxit
qui deinde Iuliano permissente domum rediit.
Scepsius Enee regiam Scepsim fuisse putat. que
media erat inter regionem illi subditam & Ithacensem
in quam ab Achille agitur fugisse dicitur Home-
rus sicut Straboni placet. Eneam Imperij successore
rem apud Troiam significat remansisse ac Troie Imperio
extincto Priamidarum genere natum natum tradidisse.
Alij que vulgatiores fama est fatentur enim propter ea qd
priamo esset infensus bello super fuisse sicut Antenor
das qui propter hospitalitatem cum Menelao habitam
evaserunt. & cum enee primo in Tracia deinde in Adri-
am peruenissent que ab eis Eneia dicta est. nunc addita
littera Venetia nominatur. Eneam cum patre Anchise
& Alcatio filio multis comitantibus evagasse. Quem
pleriq; circa Macedoniam & Olypiam habitasse dicunt
nonnulli circa Mantineam Capuas in Archadia condi-
disse. Alij quibus accedit Virgilius in Siciliam profes-
tum cum Helio Troiano. Herycem ac Ithacem occu-
passe tradunt & fluvios circa egestam appellasse. Scamandrum
& Simoentem postremo in latum traiecis-
se ibiq; permansisse. Iulente oraculo ut ibi maneret ubi
mentes ederet. Quod in agro Lavinio completum est. Vbi
panis ingens pro mensa per imprudentiam appositus
cum carnibus que super eo erant assumptus est. Scepsis
erant pbi. Iocrationis Frastus & Coristus & Helenus Coristi

148
filii: qui Aristotelem & Theophrastum audiuit. & successores
fuit bibliothecae Theophrasti in qua ierat Aristotelica.
Nam Aristoteles & bibliothecam & Scholam Theophrasto
reliquit & primus fuit ut Strabo arbitratu qui liberos co-
gregavit. & Egypti reges bibliothecae ordinem docuit. Incer-
tum plures boni an mali rebus humanis attulerit: quando
campo nendi libros nullus est similis. & multorum inge-
nia depravata sunt. Vnde in praeuersa dogmata inciderunt
ob quam rem consulte agunt qui damnata volumina ex-
runt: neque passim omnibus scribendi facultatem facultate
permittunt ut est illud Persiani? Scribunt indocti docti
que poemata passim. Sed hodie tanta est doctorum turba
ut nemo scire indoctus reperiatur: ex his qui aliquid scribunt
qui non doctoris nomen titulumque receperit Theophrastus
bibliothecam Neseo tradidit. Neseus enim Sceptim dedit
ad homines imperitos qui libros inclusos ac negligenter co-
positos turbant: cumque Athalicorum regum sub quibus e-
rant studium sentirent ad inservendam pergrami bibliotheca
eos in fossa quadam sub terra occultaverunt deinde tunc
& humiditate laceratos qui ex eo genere erant Apelicon
Tero tradiderunt magno pretio argento Aristotelicos scilicet
atque Theophrasticos Apelicon qui magis librorum esset
studiosus quam sapientie. Quales multos etate nostra cognovi-
mus. Volcos corrosionem emendare eos transcribendos dedit
scriptura non recte suppleta: librosque edidit erroribus ple-
nos. Continuo post Apeliconis obitum Silla qui Athenas
cepit oblata illius bibliotheca cum Romanam transtulit. Quo
in loco Tytannion grammaticus cum Aristotelis amantissimus
esset conatus sibi bibliothecae profecto: & librarij quidam scrip-
toribus uentes non bonis: nec scripta conferentes opera mi-
nus emendata ediderunt. Quod si graeca exemplaria corrupta
fuerant: quod de his putandum est quae in latinum conuersa
sunt illa praesertim priora quae qui legunt: non tam quid
dicatur quam quid dici uelit nosse laborant. Vixit si reman-

149
ceret. Aristoteles multa sua esse negavit: quae nos illi attribu-
imus. Sed melius cum eo actum est quam cum alijs: quorum si-
dus periret & ipse causa exiit cur multa perirent qui
illorum gloriam ad se traxit. Nunc etiam ipse quoniam mag-
nus neque in necum est: quod sibi aliqui persuadent: litterarum
munimenta non interire omnia occidunt: nec litteris sua
mores negata est quoniam alie alijs plures uiuant: etiam contra
autem: nec hominis opus est quod in tempore non euanes-
cat. Apud Sceptim ultra eos quos nominauimus Dime-
trius Grammaticus floruit qui Theonianam extractionem ex-
posuit & post hunc Methodius qui in epichilosophica ui-
ta in civilem mutatus est: & propter elegantiam quam paup-
eris clarum coniugium apud Calcedonem optinuit & a
Mithridate reddendo uiri praepositi sunt: a quo non erat
pronotatio. Sed legimus ad Tigranem missis cura decemisse
set uentis remissus est. Mithridates tam epaterno regno su-
perante & in iunere suis regis opera sine morbo decessit:
scilicet philosophicam uitam imprudenter se reliquisse quae
si neque honores neque opes accumularet: ac saltem periculum
inlecebat quod pluribus caret: post Sceptim Andria fuerunt
circa quod lapis quidam inueniebatur: qui combustus ferrum
fuerat: deinde cum terra quadam in fornace decemisset
dignum: id est mentitum argentum effundebat: quae terra
si acceptisset in anticalam uertebatur. In his locis Lelegi
habitant: qui & Rhomae & Sargateus agrum & assen-
sum occupant. Assus & arte & natura munita ciuitas
fuit: quae amari & portu longum & rectum ascensum ha-
buit: ex quo Stratonius dictum est: qui celeri passu Assum
ad mortis periculum adit. Hic fuit Cleantes praecipuus Stoicus
qui Zenonis Cincubis decole successit: quam postea Chrysip-
pus Solensi reliquit. Hermias Curuenus Trapezitae cuiusdam
sanctus Athenas profectus Platonem Aristotelemque au-
diuit & dotum reuerens eam domino suo Atarnense
& Assense aggressus eos subegit: & illis simul cum domino

150
Imperant: quo mortuo solus dominum adeptus adeptus
Aristoteli & Zenocratem ad se accersit diligenter
curant Aristoteli etiam fratris filiam uxorem dedit
Sed non illi ut Tyrannidem inuaderet. philistae ut
nec rursus ut retineret preda potuerunt. Metanion
Rhodius simul cum suis amicitia cum ad se uoca-
tum comprehendit. & ad regem Persarum misit ubi
nitam suspendio terminant. Philosophi fugientes lo-
ca a Persis occupata incolunt enasere. Alium aliq-
dicunt a Metanion conditam. aliqui edicam fuisse
uolunt ipsi uero. Assij. Gargari & Lamponia condide-
runt que cum non bene habitarentur. reges ex Myle-
tos incolae eo deduxerunt. & pro. Colibus semina barba-
ros effecere. Leleges hec loca sub priamo tenebant &
inter col mixti erant qui sub enea fuisse Cilices. quos
cum his habitabant & Caris aliq. Quo & Caris. Iud
ab Achille uassati. Leleges in Cariam migrare. Ci-
lices Taurum transuere oram que post Leleges. Iegs
Adramyttini habuerunt & Atarnenses & Pythana
usq. ad Caii fluminis hostia. non procul ab Adramyti-
no Apollinis. Cillei templum fuit & Cilli. tuorum in
ingens quidam tumultus hunc Pelopis. Arisiam & dote
locorum dicunt a quo. forsan Cilicia dicta est. Adra-
myttum in bello Mythridatico calamitate maxime
oppressum fuit. Culpa Diodori qui Cariam consilium
deleuit. cum regi cupet gratificari & se principem A-
cademicorum phorum ostendere. roge autem quibus
poenas dedit qui de multis criminibus accusatus in-
famiam non ferens. turpiter & abstinete periit. Sepe-
enim eorum ignominiosus est finis qui nimium glori-
e cupidi sunt. ex Adramyttio fuit Zenocles. orator
clarus Asiaticus stili. qui in senatu pro Asia dixit quo
tempore. Mythridatice factionis est accusatus. de hinc
Atarnensis fuit Herme Tyranni sedes. postea Pythana

151
arbi. Colica. que portus duos habuit & flumen Ciocon
qui cum preter fluebat. & quo aque ductus Adramyti-
nus factus est. Pythana Archelaul. Academicus
fuit. qui cum Zenone apud Polemonem didicit fama
est apud Pythana. Latres. inuentos esse. qui super a-
quas innatarent. quod & de alijs locis traditum est.
post Pythana. Caius annis ad stadia triginta in sinu
Clauicum emittit. qui Pergamenum agrum irrigat. Ele-
apoli. duodecim stadijs ultra Caium ad meridiem sunt.
Eolica ciuitas & Pergamenorum portus centum & in-
ginti stadijs a Pergamo distans. deinde ad stadia cen-
tum est Cana promontorium. quod contra lectura con-
surgens Adramyttinum efficit sinum. cuius pars est
clauicus. Cane locorum oppidum fuit ad australiora
Lesby. extrema situm in agro qui usq. ad Arginusal
pertendit & uictus pro montorium qd eam nota-
runt. eodem modo quo animal sic enim totum mon-
tem appellabant. Quem postea Canam & Canas uoca-
uerunt. Circa montem austrum & occasum uersus ma-
re procumbit. ad orientem Cui. Campul. ad aquilo-
nem clauicus. egea mons fuit per se conuictus est.
Vergia tamen ad Egeum pelagus unde ei nomen est.
Postea ad promontorium ut Sappho dicit Egea est
appellatum. reliquum uero Cana & Cane urbi dein-
ceps Elea sequitur que portum habuit & nauale re-
gum Albalicorum. Munsteri opus est. Atheniensium
qui cum eo apud Ilium militauerunt. distans a Grinio
Myrinorum oppido stadijs septuaginta hec Elea
eodem nomina dedisse uidetur. In Grinio Apollinis
sanctum & periclitatum oraculum & templum candido
lapide sumptuosum plebes admirabantur deinde
Achmorum portus exiit in quo duodecim deorsa
are constitute fuerunt certissima demonum theatra in
ultimo uero sinu recessu ad sexaginta ferme stadia My-

rima fuit Eolica ciuitas que portum habuit & ab una ex
Amazonibus nomen accepisse credita est: in ore sinus hy-
dra promontorium fuit quod Flaminium aduersum
Elaticum sinum efficit oris latitudinem septuaginta fere
stadia complexam dicunt: post hydram Ade fuerunt ad
stadia quadraginta deinceps cum Edicatum urbem max-
ima & optima & omnium fere metropolis: qual numero
triginta fuisse tradunt. Quatuor maxima pars corruit.
Cumanos insulos & hebetes homines putauere: qui
post trecentos annos ab urbe condita portoria exegerunt
tandem prouentum cuiusmodi non cognouerunt. Feruntur
etiam publica pecunia mutuo recepta porticum construx-
isse: cumque die constituta pecuniam non reddidissent a
deambulatione fuisse prohibitos. Creduntur uero cum
plueret edictum misisse: ut Cumani porticum subirent
ex quo prouentum factum est Cumanos non sentire por-
ticum in pluuia subeundum esse: nisi prece amoneret.
Ex cumis uir sine controversia clarus Ephorus fuit.
Isocrati oratori familiaris & historie conscriptor & ante
ipsum Exiodus poeta qui partem suam reliqua Colica
Cumam in Boeciam migrasse dicit homerus hunc fuisse
non satis constat. Multum enim de eo disceptant. Quod
si Cumanus fuit homerus non est. Cur in uicinis con-
dunt eius obitus ingenui fuisse. Nam quod in uicinis
diuinum erat id secum homerus abstulit. Cum coluit
urbibus Ige fuerunt & Temnus Hermagoras fuit. Itaque
dedicendi arte conscripsit he uerbes secum montana
regionem iacere. Nunc Cumano & Phocensi & Smyr-
neo imminet agro. Iuxta quam hermus labitur. Post Cu-
mam Larissa fuit: quam Pelasgi Colatere Larissaliter in
Asia reperiuntur primam apud Amaxitum de qua dic-
tum est alteram apud Cumam. Terciam apud Castrum
Quartam in Tessalia: unde Larissaeus Achilles appellatur.
Iancumque Lelegum populos & Cilicem & Pelasgorum

& Cetrorum multos in locis permixtos fuisse. Sed intra
Caicum quem troadis terminum esse diximus. Post Ca-
icum Pelasgi per se usque ad hermum habitauerunt prius
quam Colae aduenirent. Lelegel sub Aleco fuerunt. Ceteri sub
Erypilo Pelasgi sub Hippotho & Pyleo. Cilicel alios da-
cel habuerunt. Quod autem Pelasgi magna natio essent
Menecrates auctor est qui totam oram que postea Ioni-
ci dicta est: facto iuncile initio qui prius a pelasgis ha-
bitatam fuisse tradit. & propinquas insulas lesbij quae
se sub Hyleo positos affirmabant. Nunc homerus Pelas-
gorum duccem appellant. Ceteri hos auctores Pelasgos
& Theclia profectos putauere: que gens erabunda &
ad transigrandum facilis ut multum erant: ita pariter
tota extincta est: eo maxime tempore: quo Eolus Ionemque
in Asiam traiecit. Larissa Amaxito proxima ducentis se-
te stadiis ab Illo distabat: non ergo ei conueniunt ea que
de Hippothoo dicuntur quem procul a Larissa cecidisse.
Homerus tradit dum pro Patroclo pugnatur. Sed ab ea
que Cumae proxima est: nam mille stadia inter sunt Ca-
strianam uero seu Ephestam Larissam non satis constat.
an Troiani belli tempore condita fuerit: de Cumana cer-
tum putant. Tradunt enim eos qui in Phrygio locrensi
monte ultra Thermoplas erant: inde profectos in eum lo-
cum uenisse ubi postea Cumam condita est. Cumque Pelas-
gos inuenissent Troiano bello latentes ad huc tamen La-
rissam obuenientes septuaginta stadiis a Cumam distantem
condidisse apud illos locum: qui nouus maris appella-
tus est triginta stadiis a Larissa: atque inde profectos Cu-
mam condidisse & homines qui super fuerant eo habita-
tum deduxisse. Cumam uero a locrensi monte Phrytioni-
da appellasse eodem modo & Larissam: que postea o-
mino deserta est. Hactenus Eolis protenditur. Deinceps
Phocae est & Hermus non ignobilis amnis & Ioniae iun-
ctum. Verum quia Troadi a lecto promontorio usque ad Canas

Lesbos insula oppeditur. que & ipsa colica fuit. & ad Troadem pertinuit. de hac dicendum est proutq; lonam attingamus.

LEsbos olim non solum colica sed colicarum. Urbium altera metropolis fuit. & uniuersae Troadil imperium obtinuit. Ambitus eius stadiorum. centum supra mille a borea in Austrium protensa quingenta & sexaginta stadium longitudinis habens. feracis agro & multa materia ad classes conficiendas idonea. Tantum a Chio Lemnosq; distans quantum a Senedo intra quinquaginta fere stadia. Vrbis in ea fuisse memorata digne Mytilene. que adhuc extat. & ab ea uincit insula uocata & Pyrrha in occidentali latere sita. quae ab antiquo subuersa est relicto suburbano quod habitaretur fuit. & Eressus in colle iacens. & Ancissa cum portu & Methymna promontorio lecti opposita. Mytilene inter Methymna iacet. & Nalyam quod est australissimum extremum insulae. Cane oppositum. nec uerbis rebus omnibus pulcherrime instructa fuit. portusque duos habuit quorum australis. Clausus erat. quinquaginta trirum ac nauium capax. Borealis uero magnus ac profundus agger. protectus ambobus quaedam parua insula obiecta fuit partem. Urbis habens inhabitatam. Distat a Nalya stadiis septuaginta a Cane centum ac uiginti totidem ab Arginulis. quae tres insulae sunt. parue continenti proximae. & Cane adiacentes inter Mytilenem & Methymna. ubi uicis egrus fuit Augustissima insula est traiectionem habens in pyrrum eripum passuum duorum milium & quingentorum. Ex Mytilene fuit Pitacus unus e septem sapientibus & alcaeus poeta & Anthemerides frater eius quem Babiloniensium socium alcaeus dicit magnam certamen peregrisse. atq; eos e maximis laboribus eripuisse. Viro

pugnacissimo & ut inquit regum luctatore. interempto cum his. Et Sappho clausit adniranda mulier. & poetice peritissima cui post tot secula non est reperta. quae posset equari Diophanes orator multo tempore posterio fuit. & potamon & lesbodes & Crinagoras & Theophrastus rerum scriptor. qui Pompeio magno ad modum familiaris fuit. nam & res eius gestas posteritati commendauit. & Grecorum omnium clarissimum se exhibuit cuius filius Marcus Pompeius Celsi quoque Augusti carus fuit. a quo Asie curator constitutus est. & postea inter primos Tyberij familiares locum obtinuit. Ex Eressu fere Theophrastus & Phamalus philosophi peripatetici & Aristoteli familiares. Theophrastus prius Thirtamo nomen fuit. Aristoteles inuato uocabulo Theophrastum uocauit simul prioris nominis absurditatem euitans. & futuram simul eius facundiam significans. Aristoteles enim discipulos suos omnes eloquentes fecit. Theophrastum uero eloquentissimum. quae res ad modum eos confundit qui Aristotelis opera omni eloquentia nuda in nostram linguam conuerterunt. Altera quae Sappho ut non nulli asserunt hinc orta est. poetice perita sed Mytilenensi minor. Ex Methymna ortus est Arion is quem Herodotus a praedonibus in mari obrutum & ad elphum in columen deuectum in portum ad Tenarum fabulatur quem Cytharedum fuisse constat. ex hac insula & Terpandrum fuisse dicunt musice artificem qui primis pectracordo Lyra hepta cordo usus est ad quem uersus illi referuntur. Hos tibi mutato cordarum quatuor usu iam nona per septem modulatur carmina. neruolus Hellanicus quoque rerum scriptor & Callias qui alcaicum & Sapphon exposuit lesbij fuisse perhibent. Mytilenensis dulcissima fuisse cum Atheni-

libus certamina adeoque Athenienses in eos seueri ut
senatus consulto decreuerint omnem Mitylencorum
pubem iugulari poenituit tamen eos decretaque mu-
tate sententia una die an^{te}allatum est ad Imperatores
quae mandata essent peracturi non tam benigne cum Ca-
puano Fuluii egit qui susceptus rei per litteras ut sena-
tus Capuano ignosceret quem statuerat perdere prius
sententiae suae satisfecit quam litteras legeret tanta illi sig-
nificanti audientia erat plurime apud Mitylencos inestine
seditionis fuisse & plures Tyranni civitatem oppressisse
inter quos & Pyttacum numerant. Sed is ad dominat^{us}
eruendos principatu usus est non ad tyrannidem exer-
cendam qui sublati tyranni mox eius in pristinam
libertatem restituit ostenditque sapienti principatum non
esse appetendum sed neque libertas diuturna speranda est
cuiuslibet neque perpetuo metuenda servitus altera succedit
alteri sicut montibus ualles Hanc insulam ut Diodorus
ait Pelasgi primum habitauere. Xanthus enim Teiapi
filius Pelasgorum qui ex Argo uenerant rex parti Lyciae
impauit deinde lesbium cultoribus uacuum praesula-
gro pelasgi diuiso insulae quae illa prius dicebant ab eis
pelasgiam uocant septima deinde progenie ob diluui-
um tempore Deucalionis factum cum insula deserta re-
manisset Macharus in eam peruenit Cyriaci filius fili-
us apud Achaia natus eos lonas transiit & humanitate
ac iustitia plurimum auctus & hanc & uicinas insulas
possessione data temporis ~~temporis~~ lesbium lapithi
filius in hanc insulam nauigans sumpta in uxorem Ma-
charei filia Metymna nomine apud eam persequeretur &
claritatem assecutus insulam a se lesbiam nominauit
Fuit & altera Macarcho filia Metylene appellata quae no-
men civitati dedit in hoc usque tempus permansit & les-
bo Coloni in Chio & in Samum & in Rhodum missi
feruntur et insulae cum saluberrimum aerem haberent

& frugibus habundarent loca uero incontinenti oppo-
sita propter diluuii humiditatem pestilentia & frugum
sterilitate laborarent fortunata sunt cognominata Ma-
carus legem ualde uilem apud lesbios edidit quam
leonem ab eius animantis uirtute ac robore appellauit
Res Mitylencenses nunc prospere nunc aduersae per mul-
tas manus acie sunt Pelasgi ut diximus priores insulam
habitauerunt cum statet Troia postea Colae successerunt de-
inde Persarum Imperium subiit postea Macedonum dein-
de Romanorum cumque romana res in Constantinopoli
translata esset sub grecorum Imperatoribus uaria insulae
fortuna fuit. Postremo cum Basilio Iohannes Constantinopo-
litanus Imperator a Cataculino per arma pulsus op^{er}e Tra-
cis Gaielusi genensius Imperium recuperasset haec in-
sula ob gratitudinem auxiliatori tradita est atque in eius
posteris usque in haec tempora durat. Ab eo qui nunc reg-
nat cum frater natus maior aliquam diu rem adminis-
trasset in uincula coniectus est publicata causa quod in-
sulam Turcis christianamque fidem prodere statuisset ut
est calamitatis infamia comel. Etate nostra Turcorum
classes sepe numero in lesbium delatae homines & arma
abegerunt nihil extra urbem metua relinquenter
quarum unam semineca manu seruata tradunt oppug-
nauerat Turcorum exercitus insulae oppidum non con-
tempnendum murique partem machina detecerat & facta
clipeatorum testudine utrumque petere properabat nec op-
pidani animus erat ad ferendum impetum alij deduc-
tionem alij fugam meditantibus Sed affuit uirgo uirilibus
armis induta quae mirabile dictu salutem patriae perit
adhortata enim eum ne hostem metuerent primam se Tur-
cis obiecit ac pro loci factura depugnans non uillos ob-
truncant cuius audaciam admirati oppidani & ipsa
uicium resumpserunt tantumque hostium stragem ediderunt
quantam uix credere quispiam possit Turci e terra pulsi

egre in nauigi se receperunt. quos Calisti classis insecta
 & magno detrimento affecit. Laus tamen seruata in sa-
 le petiel uirginem fuit. cuius redet non habere nomen
 digna enim erat non minori memoria q̄ Sappho. Sed
 illi maiora premia in celesti patria reseruantur. Ep̄us
 Capheusil Calisto pontifici maximo nobis presentibz
 hec curram. qui tunc transitum per Mylenem pe-
 tetat ab ecclesia sua Romam petens atq; in hunc modū
 tota folis ac Troas absoluta est. que inuicem ut sepe
 diximus permixte fuerunt. Huius Hec cum aliunde
 scribere statuissemus tum Federicus Comes Vrbis
 nos impulit. litteris claris & armis nostris ductor &
 exercitus. Nam cum e Roma Tibur peteremus obuii
 itinere cum parte copiarum suarum dum christatos
 equites & armorum splendorem admiraremur. que
 sunt ex nobis an priscorum militum tam splendide
 armata fuisse arbitraremur respondimus. nūc apud
 ueteres huiusmodi armature fuisse. non potuisse Vir-
 giliū atq; homerum eas describere quas & pulcher-
 rimas & ornatissimas cōmemorant. his quibus nostra
 utitur etas per quam similio. & nesciunt ulterius comes
 que nobis opinio de rebus Troianis esset. nam ipse xal
 fuisse minimas censebat. Sed poetarum studio amplifi-
 catū diximus minores fuisse q̄ fabule ferrent magnas
 tamen quando hinc Grecia inde Asia in bellum erat.
 & si enim non tota. Cheroneus sub priamo fuit. Vni-
 sa tamen ei suppetias misit & multi etiam qui ultra
 halyon & ultra eustratem habitabant nec regnum pri-
 ami minimum fuit qd a Rhodico fluuiū meridiem
 uersus Caicum usq; protendebatur & ulterius circa
 maris litora usq; cumam per stadia circiter mille quī-
 genta in mediterranea non satis explicare possumus
 orientem uersus quo usq; imperium eius excurreret
 nam Troas in mediterraneis Mysie Phrygię p̄mixta

fuit. & Milorum Phrygięq; duces priamo suberant.
 Diximus regnum eius in octo seu nouem principatū
 fuisse diuisum. Ita enim Strabo refert. sed qui fuerint
 huiusmodi principatū & qui duces non satis explicat.
 Videtur tamen hactorem. Queam Antenorem. Panda-
 rōm. Asiam. Euripylum. a filio Neropis Adrastum &
 Amphium simulq; hipbothōm & Pyleum inter duces
 referre. si fratres erant & Pelasgi dominabantur unū.
 q̄ tantum principatū efficiebant sicut & filij Nere-
 pis qui Adrastie Campol & Pitbyam atq; Apesium pos-
 sidebant. Dardani quoq; in duos principatū diuidebat
 sub Enea & Antenore constituti Lycij sub pandaro Ze-
 liensel & Aphnī sub Alio. Iliensel sub hectorē. Cecij &
 Iyrnessa sub Pileo. Quodq; magna fuerit Priami potes-
 tas & ad lesbum insulam se extendit Achilles ipse
 testatur. quem ita loquentem inducit homerus. Ante-
 rnas uocamus opes spaciolasq; regna. Nec scilicet pariter
 lesbol complectitur & que comprehendit Phrygię telly
 atq; hellespontū. non igitur contempnenda sunt que
 de Troianis dicuntur. nec minima existimanda. Quā-
 uis nec flumē nec silentia bella famam equarint.

I Quia Eoli succedit que ab hermo fluuiū & Vile
 Phocce meridie uersus usq; ad Mylesiorum
 & caricorum montum Posidium iuxta mare procuret.
 Pherecidel Myletū & Myntbe ad hanc oram erant
 pertinere dixit. & Carē. ^{pruē} Micalensia & Ephestia habu-
 ist. oram uero sequentem lelegel usq; Phoccam & Chū
 & Samū. Sed utrosq; a lonibus cictos in reliq̄s Carie
 partes euasisse fama est multosq; pylis cum Melā-
 tho Codri patre Athenas concessisse. & totam hanc
 gentem cum lonibus in Asiam transiisse. ibiq; duo
 Accim urbes condidisse. que lonice colonie appellate sūt.
 Androdus Codri Atheniensium regis legitimus filius

EPheſum condidit & loniū regiam ibi conſtituit. huius
poſteri uſq; ad tempora Romanorum reges nominabantur
& honores quosdam habebant. In certaminibus preſide-
tes & purpuram geſtantes. regij generis inſigne. quod ho-
die apud Italianos purpura etiam mercatorum apud cete-
ras gentes hiſtrionum geſtam exiſtat. Nelus Miletum co-
didit qui genere Pylus fuit & aram in poſidio collocavit
Cidrus Codri filius nobilis Mynthe edificavit Andropo-
pus lebedum Colophonem Andremon Pylus Priene Spi-
rus Nela filius Teuſ prius Athamal. Qua propter Anacreon
Athamantidam eam uocavit poſtea Naudus Codri filius
Sputius eam auxit. Citrus Sinopus atq; Iſ etiam Codri fili-
us nobis Phocam Athenienſes cum Philogene Cla Zome-
nas Paralus Chium Egertius mixtam multitudinem duces
Samum Timbrion ac deinde Patroclus Addita eſt loco tertio
decimo Smyrna EPheſiorum operta nam hiſ olim cohabi-
tabant cum EPheſis Smyrna uocaretur Smyrna Amazo-
nis fuit que EPheſum tenuit. Urbis nomen dedit. Smyrna
a myleſijs ſecedentes exercitum in eum locum duxerunt in
quo poſtea Smyrna condita eſt non procul ab hermo flu-
uio Cum lelegel eam tenerent quibus ciuitas antiquam Smyr-
nam condidit diſtante ab ea que poſtea edificata eſt ſta-
dijs uiginti Deinde ab colibus paſſi Colophonem auſige-
runt & cum Colophonij recedentes regionem ſuam recepe-
runt. Sed de hijs poſterior dicemus. nunc de principa-
lioribus agendum eſt Myleto ſcilicet atq; EPheſo. He-
uamq; totius Ionie optime urbes clariffimeq; fuerunt
hodie parum habitationis habent ruinas magnas oſten-
dunt. nam Turci regionis domini nauarum rerum ig-
nari & Pyrbatal & xpianorum arma timentes ad medi-
terranea ſe contulerunt greci tantum & hi non multi in
maritimis urbibus remanſerunt Diximus ſupra austra-
lem Ionie terminum Myleſiorum Coricorumq; montes
eſſe. In quibus Poſidium fuit ab eo ſeptentrionem uerſus

exercitu peruenit omnemq; Aſiam domuit. que & ſibi
& ſucceſſoribus uſq; ad Theutimum paruit ſub quo
Troianum bellum exortum eſt Theutimus autem p-
legatos a primo regis Memnonem Thutoni filium
cum decem milibus Ethiopum & totidem Suſianis ac
ducentis curribus in auxilium miſit. cum amplius mil-
le annis Aſia ſub Aſiis fuiſſet Hercules etiam Al-
meneſ filius Troiam depopulatus eſt. Sed neq; Hercules
neq; Agamemnon in Aſia Imperium continuauerunt q-
habita meliora inuatis regiones diſperſi ſunt quoniam
admodum Cumery qui multis in Aſia ciuitates deſtr-
tarunt. nec totam Aſiam occupauerunt ſunt utq; Iſo-
nis ſocij. Quis aliqua loca obtinuerunt. Poſt Troiam
deſectam lydonum res magne fuerunt apud quos Midas
Gyges & Alius & Croſus rerum potiti ſunt deinde
Perſe horum Imperium deſtrere quique in Græciam
perueniunt. Perſas uero Macedones deſtruxerunt & ipſi
a Romanis pulſi ſunt. Poſt Romanos greci Aſiam
obtinent. cum apud Byzantium Imperij ſedes
Conſtantinus poſuiſſet grecos autem turci eliminant
quos Tamerlans ut ante diximus magnis aſſecit cla-
dibus. Sed tanq; fulgur cum omnia protinuit bre-
ui deſecit & res ad Turcos ſine controuerſia redijt
Inter Aſiaticos autem qui armis claruerunt uero rep-
raus aut ſis excellentiorum & cui pauci poſſint equari
Mithridatem Silius Eupatoris unus progenitores
Pontici fuerunt & ipſe apud Synopen natus educatus
q; eſt & ibi tandem ſepultus Adhuc puer ut Ap-
pianus Alexandrinus ſcribit & parentibus orbatuſ
principatu tranſlatus eſt. qui mox ut adoleuit ſunt
tunc barbarorum populos in poteſtatem ſuam rede-
git Scytharum non paucos ſibi ſubiecit in Romanos
per ^{duo} ~~quaginta~~ annos uarijs euentibus bellum
geſſit Bythinia & Cappadociam non ſemel adijt

est Asiam Phrygiam Paphlagoniam Galatiam
ac Macedoniam cum in Græciam transisset po-
tenter inuasit tanta & præclara egit mari a Cili-
cia ad Ionium usque quo ad Silla intra patrum
regni limites cum reclusit centum & SEXAGI-
LA milibus hominum bello sibi adeptis Inter
lubricos prolapsum casus minime arminam posuit
bellum facile instauravit. cum optimis viribus
partio decertavit a Silla quidem & Lucullo
Pompeioque victus sepe tutacro magnas illis i-
tulit Clades L. Clodium & Q. Oppium &
Marium Acilium captivos sibi dedidos palam
circumduxit. quo ad illum qui totius belli cau-
sa fuerat interemit Reliquos Sille tradidit
aut funebrem ac Murenam Cottam quoque Co-
sulat illustrem & Fabium ac Trium Ingentium
illi ad res difficiles percellentissimum fuit vir-
tus sepe minime ab incepto destitit. nec una via
Romanos aggressus est cum cæcis fatis inijt
& ad Sertorium in hispaniam misit per insidi-
as siue ab hostibus siue ab alijs ferro impetitus
& laucius nullo tamen ab opere cessavit. Sing-
uolentus & crudeles homines fuit. Nam matrem
fratrem ac filios tres impuberes totidemque filias
interfecit statum ingenti fuisse traditur valitudi-
ne prosperissima usque usque ad ultimum uite tempus
Equitare iulari ac mille stadia equis per inter-
ualla dispositis una die discurrere Currus Sex
& decem equis agitare Græci inbutus disciplinis
& ob id larum eorum usus multis præterea dedi-
tus Sobrietatem exime delectus illecebri Hil-
moribus mithridates cum orbis plurimas præ-
claras regiones claudibus inuoluisset postremo de-
sertus a suis & filij fraude circumuentus. ad ue-

in pluribus laboribus pa-
sientissimus potu muli
est

adorant. Haud intelligentes quomodo possit deus u-
nus & trinus esse & scripturam sacram deprauarunt
uoluptatis ac libidinis serui. Perierunt sacre litte-
re & omnia bonarum artium studia defecerunt ap-
p. Seruos paucos christi nomen auditur. neque illi qui
se christianos appellant in Asia ueri christiani sunt
non ambulantes ad uernatam euangelij sed cum
plurimi assunt græci christiani inbuti sacris multi-
tamen ab antiquorum sanctorumque patrum regulis
abierunt. nec Romanam ecclesiam audire dignantur
omnium fidelium matrem nimis multum est. Quod in
Asia perdidit. Christus nobilissima promissa a nostra
religione est alienata. Et quot populos quot præ-
clarissimas urbes quot insulas fama celebres quot in-
clita regna cum Asia perdidimus. In orōne qua per-
suadet Rex Agrippa Iudeis apud Iosephum ut cum
Romanis bellum susceperint. quingentas ciuitates in
Asia minori ac minores ac propria fuisse comperimus
Et que antea terra uirorum doctrina excellentes pluresque
Asia protulit. Dum singulas percurramus urbes con-
memoramus illustres uirorum & septem sapientibus quos
admiratus antiquitas tres uel quatuor Asiaticos fuisse
se constat. quando ex ipsa continenti aut ex insulis
ei adiutibus orti sunt. Homerus ipse inter potas
præcellentissimus haud dubie Asiaticus fuit quicquid
apud se natum plures ciuitates decerent. Et Hippoc-
tes medicorum princeps ex choro natus. Asium hono-
rat. & Aratus Astrologus Solensis inter. siue stoicos
siue peripateticos multi Asiatici claruerunt. Orator
quoque & historicorum maximus numerus fuit in p-
ticularibus relatum est Theologi quoque nostre Reli-
gionis non pauci in Asia floruerunt. Sed unum & p-
mam & maximam sancti fuerit commemorasse. Paulum
Tarsensem. cuius epistola post euangelia primū sibi locū

phos

adum


in ecclesia vendicantur. Omittimus aliarum artium
studia. architekturam. picturam. statuariam in quibus
Asiaticorum ingenia facile principatum obtinere lo-
gum esset singula recensere que apud Asiaticos prece-
pta extiterunt. E septem mirabilis orbis duo uel tria
in Asia referantur. Mausoli sepulchrum apud Ca-
res & Iouis fuit Solis Colossus apud Rhodios quos
inter Asiaticos computauimus. Hec longius fortasse
q̄ pat. fuerat recensueris ut intelligant qui hec lege-
runt quum christiana. R. P. perdidit. atq; hec po-
tissimum causa fuit. Cur Asiam & eius partes distic-
te usq; ad minutissima describeremus. Ducti fortasse a
liquis non minoris damni fuisse uel Greciam ami-
sisse. que omnium doctrinarum mater indicata est
& Artium gloria plurimum excelluit. uel Syriam
in qua primus homo uisus est. & in qua christus na-
tus & alius humanum genus per Crucem redemit
& uiam qua celum petramus aperuit. Vnde igitur
fuisse has prouincias descripsisse q̄ Asiam. Sed neq;
nos illas negligimus si uita comes nobis fuerit. qui & or-
bis universi sum & gentes percurrere decernimus.
Nunc maioris Asiae quando ea pars absoluta est.
que citra Taurum ad boream urgit & multa i
supra Taurum descripta enim sunt. & nonnulla ultra
Taurum usq; ad Amanum montem & Syriam. Restat
ut alias Asiae partes aggrediamur. que ab ipso Taurum
in Austrium pendunt. Inter quas Indiam primo loco
ponemus orientem uersus quum Ptolomeus ultra In-
diam collocauit Synas: ~

in pluribus labor
tenuissimus potu-
est

Turcorum origo fuit nihil ad Turcos pertinet quod
Sy Scytharum genus esse docuimus. Barbaram &
Tetricam progeniem quum pluribus scilicet in Asia
Grecias comorati uitam inhorrentem induerunt &
Imperium utriusq; iterum constituti sunt. Adeo Turco-
rum nomen auctum est ut que olim Asia uocaba-
tur nunc Turchia uocetur. A Turcis enim unuer-
sa possidentur preter oram Trapezuntiam que suo
Imperatori parti Christiane religionis cultori quum
Grecis & non nullis erroribus imbuta aduersus que
profectus hoc modo anno Mahumetis eius impe-
rium labefacturum existimatus habent & Armeni
aliqui summi duces in Asia qui christum sequuntur
ut ante diximus reliqui omnes Turcorum potestati
subiecti sunt. Sed non omnes Turci Ottomanorum
Imperio subsum. Nam & Caramanus Cilicie do-
minus qui magnam Cappadocie partem possidet
& Alambecus qui prope Euphratem dominatur
& alij non nulli reguli ab origine Turci cum Otoma-
ni progenie de regni possessione certant.
Caramanus inter Mahumetem Turcorum im-
peratorem & Soldanum egypti dominum medius
multa per nostram etate modo cum hoc modo cu
illo prelia gessit. locorum difficultatibus & Cilicie
gentis cui dominatur uirtute confusus & odio
Mahumetis Christianorum amicus. Nec Alambecus
Ottomanorum prolapiam querere permi-
sit. Christiane coniunctus uxori Imperatoris Tra-
pezuntij filie quum parui momenti est apud Tur-
cos matri monij nomen. quid coniuges sint quot
ducere uoluerunt Impiam Mahumetis legem
sequentibus tum qua nobilem & pulcherrimam
Asia sedauerunt. Eadem ab initio Idola colunt
deorumq; uarijs superstitionibus dedita quum no

nullos admiserit. Iudaeos uero dei cultores non tamen
 legem eorum accepit. Sed quemadmodum hodie inter
 nos iudaei nuere permittuntur. ita & inter gentiles
 per Asiam sub tributo uitam agebant. Damnatissimus
 ille idolorum cultus usque ad Romanum ^{imperium} perdurauit. q
 bus ad Christum conuersi & in Asiam & in omne
 fere terram praedicatum per apostolos intonuit e-
 uangelium & benigne audiri est. Credidit Asia G-
 risio & pulcherrimas crexit ecclesias. ut ulla eius por-
 tio fuit Christianis non induta. Sicil. Etruria plurima
 ibi & per Romanos & per alios iudaeos Christiano-
 rum persecutio acta est. Sed uixit gloriosa martirum
 constantia. uicerunt & Sanctissimi uerbi dei predica-
 toris erecta sunt monasteria uirginum & Sanctorum
 patrum cenobia. Laudatus est in cantibus domi-
 nus. & in odorem suauitatis sacrificatus est ei cuncta
 populi ora. & omnes linguae Christum insonare
 cui nulla non uilla altaria dedicauit. & dona in ei-
 uo nomine consecrauit. Cessauit omnis spurcia ueteris
 cultus diuitia sunt. demonibus sacra templa ex-
 ista simulachra contrite deorum imaginis omnis
 turpitudine. omnis blasfemia procul acta euangelica
 uita recepta. Sancti & pudici mores admissi lauda-
 ta uirginitas probata uirginitas castitas. innocentia
 in honore habita. Sobrietas & mansuetudo ore
 omnium commendata. nulla consuetudo admissa
 que aduersa sacrosancto euangelio uideretur. Vix
 Turchorum aduentu cuncta immutata sunt. Ma-
 thumetalex qui sub heracleo Imperatore cepit
 euangelium Christi reppulit. Christianorum delicta
 omni petentibus opera Asiam. neq. consilio. neq. aux-
 ilio fuerunt. Rediit seditas & pristina turpitudine. na-
 xue simulachra horrent. Iudei & unum se colere deum
 dicunt. indigna. tamen de xpo sentiunt. ut Trinitate

in pluribus labor
 ciensissimus potu-
 est







BB-5L
99